ri suo Omnia ossa mea dicent: dñe quis
similis tibi Eripiens inopem de manu
fortiorum eius: egenum et pauperem adui
pientibz eum Surgentes testes iniqui:
que ignorabam interrogabant me Re
tribuebant michi mala pbonis: sterilita
tem anime mee Ego autem cum michi
molesti essent: induebar cilicio humi
liabam in ieunio animam meā: et ora
tio mea in sinu meo conuertetur Quasi
proximum quasi fratrem nīm sic com
placebam: quasi lugiens et contristatus
sic humiliabar Et aduersum me letati
sunt et conuenerunt: congregata sunt
sup me flagella et ignorani Dissipati
sunt nec compuncti: temptauerunt
me· subsannauerūt me: subsannati
one: frenduerunt sup me dentibz suis.
Dñe quando respicies restitue animā

meam a malignitate eorum: a leonibz u
nicam meā Confitebor tibi in ecclesia
magna: in populo grauu laudabo te.
Non supgaudeant michi qui aduersan
tur michi inique: qui oderunt me gratis:
et annuunt oculis Quō michi quidem
pacifice loquebantur: et in ira terre
loquentes dolos cogitabant Et dilata
uerunt sup me os suum: dixerūt euge
euge uiderunt oculi nostri Vidisti dñe
ne sileas: dñe ne discedas a me Exurge
et intende iudicio meo ds mꝰ: et dñs mꝰ
in causam meam Iudica me secdm iusl
ticiam tuam dñe ds meus: et nō super
gaudeant michi Non dicant in cordib
suis euge euge anime nre: nec dicant
deuorabimus eum Erubescant et reue
reantur simul: qui gratulantur malis
meis Induantur confusione et reue
rentia: qui magna loquuntur sup
me Exultent et letentur qui uoluit

ustitiam meam: et dicant semp magnificetur dñs: qui uolunt pacem seruu eius.
Et lingua mea meditabitur ustitiam tuam: tota die laudem tuam. Là
Dixit iniustus ut delinquat inse
met ipso: nõ est timor dei ante o
culos eius. Quõ dolose egit in con
spectu eius: ut inueniatur iniquitas
eius ad odium. Verba oris eius iniqui
tas et dolus: noluit intelligere ut bene
ageret. Iniquitatem meditatus est in
cubili suo: astitit omni uie nõ bone: ma
liciam autem nõ odiuit. Oñe miscdia
tua et ueritas tua: usq; ad nubes. Iusti
cia tua sicut montes dei: iudicia tua
abyssus multa. Homines et iumenta
saluabis dñe: quemadmodum multi
plicasti miscdiam tuam deus. Filii au
tem hominum: in tegmine alarū tua
sperabunt. Inebriabuntur abubertate
domus tue: et torrente uoluptatis tue

potabis eos Quoniam apud te est fons
uite: et in lumine tuo uidebimus lumen.
Prætende misericordiam tuam scientibus te: et
iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
Non ueniat mihi pes superbie: et manus
peccatoris non moueat me Ibi ceciderunt
qui operantur iniquitatem: expulsi sunt
nec potuerunt stare Gloria patri.

Noli emulari in malignantibus neque
zelaueris facientes iniquitatem.
Quia tamquam fenum uelociter
arescent: et quemadmodum olera herba
tum cito decident Spera in domino et fac
bonitatem: inhabita terram et pasceris
in diuitiis eius Delectare in domino: et da
bit tibi petitiones cordis tui Reuela do
mino uiam tuam et spera in eo: et ipse
faciet Et educet quasi lumen iustitiam
tuam: et iudicium tuum tamquam
meridiem: subditus esto domino et ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in

uia sua: inhomine facuente mustitias.
Declina ab ira et derelinque furorem: no
li emulari ut malignetis Quo qui ma
lignantur exterminabuntur: sustinen
tes autem dñm ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum et nō erit peccator:
et quetes locum eius et nō inuenies Man
sueti autem hereditabunt terram: et de
lectabuntur in multitudine pacis Obser
uabit peccator iustum: et stridebit sup
eum dentibs suis Dns autem irridebit
eum: quo prospicit quod ueniet dies ei?
Gladium euaginauerunt peccatores: in
tenderunt arcum suum Et decipiant
pauperem et inopem: ut trucidant rectos
corde Gladius eorum intret in corda ip
sorum: et arcus eorum confringatur.
Melius est modicum iusto: sup diuicias
peccatorum multas Quo brachia pecca
torum conterentur: confirmat autem
iustos dns Nouit dns dies immacula

torum: et hereditas eorum in eternū erit.
Non confundentur in tempe malo: et in
diebs famis saturabuntur: quia peccato
res pibunt Inimici uero dñi mox ut ho
norificati fuerint et exaltati: deficientes
quemadmodum fumus deficient Mu
tuabitur peccator et nō soluet: iustus au
tem misereetur et tetribuet Quia bene
dicentes ei hereditabunt terram: maledi
centes autem ei dispibunt Apud dñm
gressus hominis dirigentur: et uiam ei⁹
uolet Cum ceciderit nō collidetur: qa
dñs supponit manum suam Iunior
fui etenim senui et nō uidi iustum dere
lictum: nec semen eius querens panem.
Tota die misereetur et commodat: et
semen illius in benedictione erit Re
clina a malo et fac bonum: et inhabi
ta in sclm scli Quia dñs amat iudicii
et nō derelinquet scos suos: in eternū
conseruabuntur Iniusti punientur:

et semen impiorum pibit Iusti autem
hereditabunt terram: et inhabitabunt
in sclm scli sup eam Os iusti meditabit
sapientiam: et lingua eius loquetur iu
dicium Lex dei eius in corde ipius: et nō
subplantabuntur gressus eius Conside
rat peccator iustum: et querit mortifica
re eum Dns autem nō delinquet in ma
nibz eius: nec dampnabit eum: cum iu
dicabitur illi Expecta dnm et custodi ui
am eius · et exaltabit te ut hereditate ca
pias terram: cum pierint peccatores ui
debis Vidi impium superaltatum et
eleuatum: sicut cedros lybani Et trāsi
ui et ecce nō erat: quesiui eum et non
est inuentus locus eius Custodi inno
centiam et uide equitatem: qm sunt re
liquie homini pacifico Iniusti autem
disperibunt: simul reliquie impiorum
interibunt Salus autem iustoz a dnō:
et protector eorum in tempe tribulationis.

Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos et
eruet eos a peccatoribꝫ et saluabit eos:
quia sperauerunt in eo Gloria P
Domine ne in furore tuo arguas
me: neqꝫ in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sūt
michi: et confirmasti sup me manum
tuam Non est sanitas in carne mea a
facie ire tue nō est pax ossibꝫ meis: a fa
cie peccatorum meorum Quō iniquitates
mee supgresse sunt caput meum: sicut
onus graue grauate sunt sup me Putru
erunt et corrupte sunt cicatrices mee: a
facie insipientie mee Miser factus sum
et curuatus sum usqꝫ in finem: tota die
contristatus ingrediebar Quō lumbi
mei impleti sunt illusionibꝫ: et nō est
sanitas in carne mea Afflictus sum et
humiliatus sum nimis: rugiebam ag
mitu cordis mei O nē ante te omne de
sideriū meum: et gemitus meus a te

non est absconditus Cor meum conturbatum est dereliquid me uirtus mea: et lumen oculorum meorum: et ipsum nō est mecū Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt Et qui iuxta me erant delonge steterunt: et uim faciebant qui querebant animā meam Et qui inquirebant mala michi locuti sunt uanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tamquā surdus nō audiebam: et sicut mutus nō aperiens os suum Et factus sum sicut homo nō audiens: et nō habens in ore suo redargutiones. Quō inte spauit dñe: tu extaudies me dñe ds meus Quia dixi ne quando supgaudeant michi inimici mei: et dum commouentur pedes mei sup me magna locuti sunt Quō ego in flagella paratus sum: et dolor meus inconspectu meo semp Quō iniquitatem meam

annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autē mei uiuunt et confirmati
sunt sup me: multiplicati sunt qui o
derunt me inique Qui retribuunt
mala pro bonis: detrahebant mihi:
q̄m sequebar bonitatem Ne derelin
quas me dñe ds mꝰ: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum: dñe ds
salutis mee.

Psal Dixi custodiam
vias meas: ut
non delinquam
in lingua mea.
Posui ori meo
custodiam: cū
consisteret pec
cator aduersum me Obmutui et hu
miliatus sum et silui a bonis: et do
lor meus renouatus est Concaluit
cor meum intra me: et in meditatione

mea exardescet ignis Locutus sum in lin
gua mea: notum fac michi dñe finē meū.
Et numerum meorum quis est: ut sci
am quid desit michi Ecce mensurabis
posuisti dies meos: et substantia mea tā
quam nichilum ante te Verumptamē
universa vanitas: omnis homo vivens.
Vetrumptamen in ymagine pertransit ho
mo: sed et frustra conturbatur Thesau
rizat et ignorat: cui congregabit ea Et
nunc que est exspectatio mea nonne dñs:
et substantia mea apud te est Ab omni
bus iniquitatibus meis erue me: oppro
rium insipienti dedisti me Obmutui et non
aperui os meum qm tu fecisti: amove a me
plagas tuas A fortitudine manus tue
ego defeci in increpationibus: propter in
iquitatem corripuisti hominem Et tā
bescere fecisti sicut araneam animā ei:
verumptamen vane conturbatur om
nis homo Exaudi deus oratione mea

et deprcationem meam: auribus pcipe la
crimas meas Ne tileas qm aduena ego
sum apud te: et peregrinus sicut omnes
patres mei Remitte michi ut refrige
rer priusqua abeam: et amplius no ero.
Expectans expectaui dnm: et in
tendit michi Et exaudiuit pces
meas et eduxit me de lacu miserie:
et de luto fecis Et statuit supra petram
pedes meos: et direxit gressus meos Et
immisit in os meu canticum nouum:
carmen deo nro Videbunt multi et ti
mebunt: et sperabunt in dno. Beatus
uir cuius est nomen dni spes eius et no
respexit in uanitates: et insanias falsas.
Multa fecisti tu dne ds meus: mirabilia
tua: et cogitationibus tuis no est qui simi
lis sit tibi Annunciaui et locutus sm:
multiplicati sunt sup numerum Sa
crificium et oblationem noluisti: au
res autem perfecisti michi Holocaustu

et pro peccato non postulasti: tunc dixi
ecce uenio In capite libri scriptum est de
me ut faciem uoluntatem tuam ds mꝰ
uolui: et legem tuam in medio cordis mei.
Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia
magna: ecce labia mea nō prohibebo dne
tu scisti Iusticiam tuam non abscondi
in corde meo: ueritatem tuam et salutare
tuum dixi Non abscondi misericordiam tu
am et ueritatem tuam: a concilio multo.
Tu autem dne ne longe facias miserias
tuas a me: misericordia tua et ueritas tua
semp susceperunt me Quōniam circumdede
runt me mala quorum no est numerus:
comprehenderunt me iniquitates mee:
et non potui ut uiderem Multiplicati
sunt sup capillos capitis mei: et cor me
um dereliquit me Complaceat tibi
dne ut eruas me: dne ad adiuuandum
me respice Confundantur et reuereantur
simul: qui querunt animā meā ut

auferant eam. Auertantur retrorsum et
reuereantur qui uolunt michi mala Fe f
rant confestim confusionem suam: qui
dicunt michi euge euge. Exultent et le
tentur sup te omnes quetentes te: et dicāt
semp magnificetur dñs: qui diligunt sa
lutare tuum. Ego autem mendicus sum
et pauper: dñs sollicitus est mei. Adiutor
meus et protector meus tu es: dñs meus ne

Beatus qui in[tellexis]
telligit sup egenum et pauperem:
in die mala liberabit eum dñs. Do
minus conseruet eum et uiuificet eū:
et beatum faciat eum in terra: et non
tradat eum in animam inimicorum eī.
Dñs opem ferat illi sup lectum doloris
eius uniuersum stratum eius uersasti
in infirmitate eius. Ego dixi dñe mise
rere mei: sana animam meam qua
peccaui tibi. Inimici mei dixerunt ma
la michi: quando morietur et peribit no

men eius Et si ingrediebatur ut uideret
uana loquebatur: cor eius congregabit
iniquitatem sibi Egrediebatur foras: et
loquebatur in idipsum Aduersum me
lusurrabant omnes inimici mei: aduer
sum me cogitabant mala mihi Ver
bum iniquum constituerunt aduersum
me: numquid qui dormit nō adiciet ut
resurget Etenim homo pacis mee in quo
speraui: qui edebat panes meos magnifica
uit sup me subplantationem Tu autē
dñe miserere mei et resuscita me: et re
tribuam eis In hoc cognoui quōniam uolu
isti me: quīm nō gaudebit inimicus meus
sup me Me autem propter innocentiam
suscepisti: et confirmasti me in conspec
tu tuo in etnum Benedictus dñs deus
israhel: a seculo et usq; seculum fiat fiat.

Qvemadmodum desiderat
cervus ad fontes aquarum: ita
desiderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum: quando ueniam et apparebo ante faciem dei Fuerunt michi lacrime mee. panes die ac nocte: dum dicitur michi cotidie ubi est deus tuus Hec recordatus sum et effudi in me aiam meam: qm tabernaculi admirabilis: usqz ad domum dei In uoce exultationis et confessionis: sonus epulantis Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me Spera in deo qm adhuc confitebor illi: salutare uultus mei et deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermoniim: a monte modico. Abyssus abyssum inuocat: in uoce cataractarum tuarum Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt In die mandauit dns misericordiam suam: et nocte canticum ei. Apud me oratio deo uite mee: dicam

deo suscepror meus es Quare oblitus
es mei et quare contristatus incedo: dū
affligit me inimicus Dum confrin
guntur ossa mea exprobrauerunt mi:
qui tribulant me inimici mei Dum
dicunt mihi p singulos dies ubi est dś
tuus: quare tristis es anima mea: et
quare conturbas me Spera in deo qm
adhuc confitebor illi: salutare uultus
mei et deus meus Gloria P
Judica me deus et discerne causam
meam: de gente nō scā: ab homine ini
quo et doloso Quia tu es deus fortitudo
mea: quare me repulisti: et quare tris
tis incedo: dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et ueritatem tuā:
ipsa me deduxerunt et adduxerunt
in montem scm tuum: et in tabernā
cula tua Et introibo ad altare dei: ad
deum qui letificat iuuentutem meā.
Confitebor tibi in cythara dś dś meus:

quare tristis es anima mea: et quare cō
turbas me Spera in deo q̄m adhuc con
fitebor illi: salutare vultus mei et ds mꝰ.
Deus auribꝰ nr̄is audiuimus:
patres nr̄i annunciauerūt nobis.
Opus quod operatus es in diebꝰ
eorum: et in diebꝰ antiquis Manus tua
gentes dissipauit: et plantasti eos: affli
xisti pp̄los et expulisti eos Non enim in
gladio suo possiderunt terram: et bra
chium eorum nō saluabit eos Sed et
dextera tua et brachium tuū et illumi
natio vultus tui: q̄m complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et ds meus: qui man
das salutes iacob Ante inimicos nr̄os
ventilabimus cornu: et in nomine tuo
spernemus insurgentes in nobis Non
enim in arcu meo sperabo: nec gladius
meus nō saluabit me Saluasti enim
nos de affligentibꝰ et odientes nos con
fudisti In deo laudabimur tota die:

et in nomine tuo confitebimur in scm.
Nunc autem repulisti et confudisti nos:
et nō egredieris deus in uirtutibz nris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos
nros: et qui oderunt nos diripiebant si
bi Oedisti tamquam oues escarum: et
in gentibz dispersisti nos Vendisti pplm
tuum sine precio: et nō fuit multitudo
in commutationibz eorum Posuisti nos
obprobrium uicinis nris: subsannatio
nem et derisum his qui in circuitu nro
sunt Posuisti nos in similitudinem
gentibz: commotionem capitis in popu
lis Tota die uerecundia mea contra me
est: et confusio faciei mee cooperuit me.
A uoce exprobrantis et obloquentis: a
facie inimici et psequentis Hec omnia
uenerunt sup nos. nec obliti sumus te:
et inique non egimus in testamento tuo.
Et nō recessit retro cor nrm: et declinasti
ti semitas nras a uia tua Quia humi

Iasti nos in loco afflictionis: et cooperuit
nos umbra mortis Si obliti sumus no
men dei nri: et si expandimus manus
nostras ad deum alienum Nonne ds
requiret ista: ipse enim nouit abscon
dita cordis Quoniam propter te morti
ficamur tota die: estimati sumus sicut
oues occisionis Exurge quare obdor
mis dñe: exurge et ne repellas in finē.
Quare faciem tuam auertis: obliuis
ceris inopie nre: et tribulationis nostre.
Quia humiliata est in puluere anima nra:
conglutinatus est uenter noster.
Exurge dñe adiuua nos: et redime nos
propter nomen tuum Gloria

Eructauit cor meum uerbum bo
num: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: ue
lociter scribentis Speciosus forma pre
filys hominum: diffusa est gra in labijs
tuis: propterea benedixit te ds in eter

num Accingere gladio tuo: sup femur
tuum potentissime Spetie tua et pul-
chritudine tua: intende p̄sperе procede
et regna Propter ueritatem et mansu
etudinem et iustitiam: et deducet te mi
rabiliter dextera tua Sagitte tue acute
populi sub te cadent: in corda inimicorum
regis Sedes tua deus in sclm̄ seculi: uir
ga directionis uirga regni tui Odisti
iustitiam et odisti iniquitatem: propte
rea unxit te deus d̄s tuus oleo letitie: pre
consortibz tuis Mirra et gutta et casia
a uestimentis tuis ab domibz eburneis:
ex quibz delectauerunt te filie regum in
honore tuo Astitit regina a dextris tu
is in uestitu deaurato: circumdata uari
etate Audi filia et uide et inclina aurē
tuam: et obliuiscere pplm̄ tuum: et do
mum patris tui Et concupiscet rex de
corem tuum: q̄m ipse est d̄n̄s d̄s tuus
et adorabunt eum Et filij tyri in

muneribꝰ uultum tuum deꝓcabuntur:
omnes diuites plebis Omnis gloria eius
filie regis ab intus in fimbrijs aureis: cir
cumdata uarietate Adducentur regi
uirgines post eam: proxime eius afferen
tur tibi Afferentur in leticia et exulta
tione: adducentur in templum regis.
Pro patribꝰ tuis nati sunt tibi filij: con
stitues eos principes sup omnem terram.
Memor ero nominis tui dñe: in omni ge
neratione et generationē Propterea po
puli confitebuntur tibi in eternum: et
in seculum seculi Gloria patri. Ꝓ
Deus noster refugium et uirtus:
adiutor in tribulationibꝰ que inue
nerunt nos nimis Ꝓ propterea nō
timebimus dum turbabitur terra: et
transferentur montes in cor maris So
nuerunt et turbate sunt aque eorum:
conturbati sunt montes in fortitudine
eius Fluminis impetus letificat ciui

tatem dei: sanctificauit tabernaculum
suum altissimus Deus in medio eius nō
cōmouebitur: adiuuabit eam ds mane
diluculo Conturbate sunt gentes et in
clinata sunt regna: dedit uocem suam et
mota est terra Dns uirtutum nobiscū:
susceptor ster ds iacob Venite et uidete
opa dni: que posuit prodigia sup terrā:
auferens bella usq; ad finem terre Arcū
conteret et confringet arma: et scuta com
buret igni Vacate et uidete q̄m ego sum
ds: exaltabor in gentibz et exaltabor in terr
ra Dns uirtutum nobiscum: susceptor
ds iacob Gloria patri et filio.

Omnes gentes plaudite manibz: iu
bilate deo in uoce exultationis Quo
excelsus dns terribilis: rex magnus
sup omnē terram Subiecit populos
nobis: et gentes sub pedibz nris Elegit
nobis hereditatem suam: speciem iacob
quam dilexit Ascendit ds in iubilo: et

dñs in uoce tube. Psallite deo nro psallite:
psallite regi nro psallite Quo rex omnis
terre ds: psallite sapienter Regnabit
ds sup gentes: ds sedet super sedem scām
suam Principes populorum congregati
sunt cum deo abraham: qm dy fortes ter
re uehementer elevati sunt. Gla P
Magnus dominus et laudabilis ni
mis: in ciuitate dei nostri in monte
scō eius Fundatur exultatione uni
uersa terra mons syon latera aquilonis:
ciuitas regnis magni O eus in domibz ei
cognoscetur: cum suscipiet eam Quo et
ce reges congregati sunt: conuenerūt in
unum Ipsi uidentes sic admirati sunt
conturbati sunt cōmoti sunt: tremor ap
phendit eos Ibi dolores ut parturientis:
in spū uehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic uidimus in ciuita
te dñi uirtutum: in ciuitate dei nostri
ds fundauit eam in eternum Suscepi

mus ds misericordiam tuam: in medio tēpli
tui Secundum nomen tuum ds sic et laus
tua in fines terre: iustitia plena est dextē
ra tua Letetur mons syon et exultent
filie iude: propter iudicia tua dñe Cir
cumdate syon et complectimini eam: nar
rate in turribus eius Ponite corda vestra in
uirtute eius: et distribuite domus eius
ut enarretis in progenie altera Quō hic
est ds ds nr in eternum et in sēcm sēcī: ipe
reget nos in secula Gloria patri.

Audite hec omnes gentes: auribus
percipite omnes qui habitatis orbem.
Quiq; terrigene et filij hominū:
simul in unum dives et pauper Os meū
loquetur sapientiam: et meditatio cordis
mei prudentiam Inclinabo in parabo
lam aurem meā: aperiam in psalterio pro
positionem meam Cur timebo in die
mala: iniquitas calcanei mei circumda
bit Qui confidunt in uirtute sua: et in

multitudine diuitiarum suarum glo
riantur Frater non redimet redimet
homo: non dabit deo placationem suam.
Et pretium redemptionis anime sue:
et laborauit in eternum: et uiuet adhuc
in finem Non uidebit interitum cum
uiderit sapientes morientes: simul in
sipiens et stultus pibunt Et relin
quent alienis diuitias: et sepulchra
eorum domus illorum in eternum Ta
bernacula eorum in progenie et proge
nie: uocauerunt nomina sua in terris
suis Homo cum in honore esset non in
tellexit: comparatus est iumentis insi
pientibz: et similis factus est illis Hec
uia illorum scandalum ipsis: et postea
in ore suo complacebunt Sicut oues
in inferno posita sunt: et mors depascet
eos Et dominabuntur eorū iusti in
matutino: et auxilium eorū ueteraset
in inferno gloria eorum Verumptam

deus redimet animam meam de manu
inferni: cum acceperit me Ne timueris
cum dives factus fuerit homo: et cum
multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quo cum interierit nō sumet omnia:
nec descendet cum eo gloria eius Quia
anima eius in uita ipsius benedicetur:
confitebitur tibi cum bene feceris ei In
troibit usq; in progenies patrum suorū:
usq; in eternum non uidebit lumen ho
mo cum in honore esset nō intellexit: cō
paratus est iumentis insipientibz: et si
milis factus est illis. Gloria Pe
Eus deorum dominus locutus ē:
et uocauit terram A solis ortu
usq; ad occasum: ex syon species de
coris eius Deus manifeste ueniet: ds
nr et nō silebit Ignis in conspectu eius
exardescet: et in circuitu eius tempestas
ualida Aduocauit celum desursum:
et terram discernere populum suum.

Congregate illi sc̃os eius: qui ordinant
testamentum eius sup sacrificia Et an
nunciabunt celi iusticiam eius: q̃m ds
iudex est Audi populus meus et loquar
isrl: testificabor tibi: ds ds tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te: holo
causta autem tua in conspectu meo sunt
semp Non accipiam de domo tua uitu
los: neq; de gregibz tuis hyrcos Q̃o mee
sunt omnes fere siluarum: iumenta in
montibz et boues Cognoui omnia uo
latilia celi: et pulchritudo agri mecum
est Si esuriero nõ dicam tibi meus est
enim orbis terre et plenitudo eius Num
quid manducabo carnes taurorũ: aut
sanguinem hyrcorum potabo Immo
la deo sacrificium laudis: et reddam al
tissimo uota tua Et inuoca me in die
tribulationis et eruam te: et honorifi
cabis me Peccatori dixit autẽ ds quare
tu enarras iusticias meas: et assumis

testamentum meum p os tuum Tu uero
odisti disciplinam: et proiecisti sermones
meos retrorsum Si uidebas furem cur
rebas cum eo: et cum adulteris portionē
tuam ponebas Os tuum habundauit
malicia: et lingua tua concinnabat do
lum Sedens aduersus fratrem tuum lo
quebaris: et aduersus filium matris tue
ponebas scandalum: hec fecisti et tacui.
Existimasti iniique quod ero tui similis:
arguam te et statuam contra faciem tu
am Intelligite hec qui obliuiscamini
deum: ne quando rapiat et nō sit qui
eripiat Sacrificium laudis honorifica
bit me: et illic iter quod ostendam illi:
Mi salutare dei Gloria patri. Pe
rserere mei deus: secdm magnam
misericordiam tuam Et secundū
multitudinem miserationum tuarum:
dele iniquitatē meā Amplius laua
me ab iniquitate mea: et a peccato meo

munda me Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco: et peccatum meū
contra me est semp Tibi soli peccaui et
malum coram te feci: ut uſtificeris in
ſermonibꝫ tuis: et uincas cum iudica
tis Ecce enim iniquitatibꝫ conceptus
ſum: et in peccatis concepit me mater
mea Ecce enim ueritatem dilexiſti in
certa et occulta ſapientie tue manifeſ
taſti michi Aspges me dñe ysopo et mun
dabor lauabis me et ſup nuiem dealba
bor Auditui meo dabis gaudium et
letitiam: et exultabunt oſſa humilia
ta Auerte faciem tuam a peccatis me
is: et omnes iniquitates meas dele Cor
mundum crea in me ds: et spm rectum
in noua in uiſceribꝫ meis Ne proiicias
me a facie tua: et spm ſcm tuum ne
auferas a me Redde michi letitiam
ſalutaris tui: et spū principali confir
ma me Docebo iniquos uias tuas:

et impij adte conuertentur Libera me
de sanguinibz ds ds salutis mee: et exultā
bit lingua mea iustitiam tuā Dñe labia
mea apies: et os meū annunciabit laudē
tuā Qm si uoluisses sacrificium dedissem:
utiq holocaustis nō delectaberis Sacrifici
um deo spiritus contribulatus: cor contri
tum et humiliatum ds nō despices Be
nigne fac in bona uoluntate tua sion:
ut edificentur muri ierlm Tunc accep
tabis sacrificium iustitie: oblationes et
holocausta: tunc imponent sup altare
tuum iuuulos.

Psalm

Vid gloriaris in
malicia: qui po
tens es ininiqui
tate Tota die in
iustitiam cogita
uit lingua tua:
sicut nouacula

acuta fecisti dolum Odilexisti malitiam
sup benignitatē: iniquitatem magis quā
loqui equitatem Odilexisti omnia uerba
p̄cipitationis: lingua dolosa Propterea
dś destruet te in finem: euellet te et emigra
bit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam
de tra uiuentiū Videbunt iusti et timebūt:
et sup eū ridebūt et dicent: ecce homo qui
non posuit deum adiutorem suū Sed spa
uit in multitudine diuitiarū suarū: et pre
ualuit in uanitate sua Ego autē sicut oli
ua fructifera in domo dei speraui in misericor
dia dei mei in eternum: et in sēcm sēcī Confitebor tibi
in sēcm quia fecisti: et exspectabo nomen tuū
quōniam bonū est: in con
spectu sanctorum tuorum.

Dixit insipiens in
corde suo: non est
deus Corrupti
sunt et abhominа

biles facti sunt inutiquitatib; non est qui
faciat bonum Deus de celo prospexit sup
filios hominum: ut uideat si est intelli
gens aut requirens deum Omnes decli
nauerunt simul inutiles facti sunt: non
est qui faciat bonum: nō est usq; adunū.
Nonne scient omnes qui operantur ini
quitatem: qui deuorant plebem meam
ut escam panis Deum nō inuocauerūt
illic trepidauerunt timore: ubi nō erat
timor. Quia dns dissipauit ossa eoꝝ: qui
hominib; placent: confusi sunt qm dns
spreuit eos Quis dabit ex syon salutare
israel: cum conuerterit dns captiuitatem
plebis sue: exultabit iacob et letabitur
Deus in nomine tuo saluum me fac: et in uirtute
tua iudica me Deus exaudi oratio
nem meam: auribus percipe uerba oris mei.
Quia alieni insurrexerunt aduersum
me et fortes quesierunt animā meam:

et non ꝓposuerunt deum ante conspectum suum Ecce enim ds adiuuat me:
et dns susceptor est anime mee Auerte
mala inimicis meis: et in ueritate tua
disperde illos Voluntarie sacrificabo tibi
et confitebor nomini tuo dne: qm bonū
est Qui o ex omni tribulatione eripuisti
me: et sup inimicos meos despexit ocu
lus meus. Exaudi deus oratio Lem meam et ne despexeris dep
cationem meam: intende mihi
et exaudi me Contristatus sum in exer
citatione mea: et conturbatus sum
a uoce inimici: et a tribulatione pecca
toris Qm declinauerūt in me iniqui
tates: et in ira molesti erant mihi Cor
meum conturbatum est in me: et formi
do mortis cecidit sup me Timor et tre
mor uenerunt sup me: et contexerūt
me tenebre Et dixi quis michi dabit
pennas sicut columbe: et uolabo et

requescam Ecce elongaui fugiens: et
mansi in solitudine Expectabam eum
qui saluum me fecit: a pusillanimitate
spē: et tempestate Precipita dñe et di
uide linguas eorum: qm uidi iniquita
tem et contradictionem in ciuitate Die
ac nocte circumdabit eam sup muros
eius iniquitas: et labor in medio eius
et iniustitia Et nō defecit de plateis
eius: usura et dolus Quō si inimicus
mꝰ maledixisset michi: sustinuissem u
tiqꝫ Et si is qui oderat me sup me mag
na locutus fuisset: abscondissem me fo
sitan abeo Tu uero homo unanimis:
dux meus et notus meus Qui simul me
cum dulces capiebas cibos: in domo dei
ambulauimus cum consensu. Veniat
mors sup illos: et descendant in infernū
uiuentes Quō nequitie in habitaculis
eorum: in medio eoꝝ Ego autē ad deum
clamauy: et dñs saluabit me Uespere

et mane et meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet uocem meam Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: qm inter multos erant mecum Exaudiet deus et humiliabit eos qui est ante secula Non enim est illis commutatio et non timuerunt dm: extendit manum suam in retribuendo Contaminauerunt testamentum eius diuisi sunt ab ira uultus eius: et appropinquauit cor illius Mollita sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula Iacta super dnm curam tuam et ipse te enutriet: non dabit in eternum fluctuationem iusto Tu uero deus: deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego aute sperabo in te dne.

Miserere mei deus quo conculcauerunt me homo: tota die impugnans tribulauit me Conculcauerunt me inimici mei tota die: qm multi bellantes

aduersum me Ab altitudine diei timebo:
ego uero inte speraui In deo laudabo ser
mones meos: in deo speraui non timebo q̄d
faciat michi caro Tota die uerba mea exe
crabantur aduersum me: omnes cogita
tiones eorum in malum. Inhabitabūt
et abscondent: ipsi calcaneum meū ob
seruabunt Sicut sustinuerunt ani
mam meam pro nichilo saluos facies
illos: in ira populos confringes Deus
uitam meam annunciaui tibi: posui
ti lacrimas meas in conspectu tuo Si
cut et in promissione tua: tunc conuer
tentur inimici mei retrorsum In qua
cumq; die inuocauero te: ecce cognoui
q̄m deus meus es In deo laudabo uer
bum in deo laudabo sermonem in deo
speraui non timebo quid faciat michi ho
mo In me sunt uota tua: que reddā
laudationes tibi Quia eripuisti animā
meam de morte et pedes meos de lapsu:

ut placeam coram deo in lumine uiuen
tium. Miserere mei dñe: miserere
re mei: qm in te confidit anima
mea Et in umbra alarum tuar
sperabo: donec transeat iniquitas Cla
mabo ad deum altissimum: deum qui
benefecit michi Misit de celo et libera
uit me: dedit in obprobrium conculcan
tes me Misit deus misericordiam suam et ue
ritatem suam et eripuit animam meam
de medio catulorum leonum: dormiui
conturbatus filij eorum dentes eorum
arma et sagitte et lingua eorum gladi
acutus Exaltare sup celos dñe: et in om
ni terra gloria tua Laqueum parauerũt
pedibus meis: et incurbauerunt animã
meam Foderunt ante faciem meam
foueam: et inciderunt in eam Paratum
cor meum dñe paratum cor meum: cantabo
et psalmum dicam Exurge gloria mea
exurge psalterium et cythara: exurgam

diluculo Confitebor tibi in populis dñe:
et psalmum dicam tibi in gentibus Quonia
magnificata est usq; ad celos misericordia tua:
et usq; ad nubes veritas tua Exaltare
sup celos deus: et sup omnē terram gla tua.
Eructe usq; iusticiam loqui
mini: recte iudicate filij hominū.
Etenim in corde iniquitates ope
mini interra: iniusticias manus uē conci
tinnant Alienati sunt peccatores a uul
ua errauerunt ab utero: locuti sunt fal
sa Furor illis secm similitudinem ser
pentis: sicut aspidis surde et obthuran
tis aures suas Que nō exaudiet uocem
incantantium: et uenefici incantantis
sapienter Deus conteret dentes eorum
in ore ipsorum: molas leonum confrin
get dñs Adnichilum deuenerūt tam
quam aqua decurrens: intendit arcum
suum donec infirmentur Sicut cera
que fluit auferentur: supcecidit ignis

et non uiderunt solem Peruſquam intel
ligerent ſpine uſtulauit eos tamquam uiuentes
ſic in ira abſorbet eos Letabitur iuſtus
cum uiderit uindictam: manus ſuas la
uabit in ſanguine peccatoris Et dicet
homo ſi utique eſt fructus iuſto: utique eſt deus
iudicans eos in terra Gloria P
Eripe me de inimicis meis deus meus:
et ab inſurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: et de
uiris ſanguinum ſaluа me Quia ecce
ceperunt animam meam: irruerunt
in me fortes Neq; iniquitas mea neq;
peccatum meum dñe: ſine iniquitate
cucurri et direxi Exurge in occurſum
meum et uide: et tu dñe deus uirtutum:
deus iſrl Intende ad uiſitandas omnes
gentes: non miſerearis omnibus qui operan
tur iniquitatem Conuertentur ad uеſ
peram et famem patientur ut canes: et
circuibunt ciuitatem Ecce loquentur

inore suo: et gladius in labijs eorum: qm
quis audiuit Et tu dñe deridebis eos:
ad nichilum deduces omnes gentes Fo
rtitudinem meam ad te custodiam: quia
ds susceptor meus ds meus misericordia eius
preuenit me Deus ostendit michi super
inimicos meos ne occidas eos: ne quando
obliuiscantur populi mei Dispde illos
in uirtute tua: et depone eos protector ms
dñe Delictum oris eorū sermonem labior
ipsorum et comphēdantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio: annun
ciabuntur in consummatione: in ira con
summationis et nō erunt Et scient quia
ds dominabitur iacob: et finium terre.
Conuertentur ad uesperam et famem pa
tientur ut canes: et circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si uero
non fuerint saturati et murmurabunt.
Ego autē cantabo fortitudinem tuam:
et exaltabo mane misericordiam tuā Quia

factus es susceptor meus et refugium
meum: in die tribulationis mee Ad
iutor meus tibi psallam: quia deus
susceptor m̄s: d̄s m̄s misericordia mea.
Deus repulisti nos et destruxisti
nos: iratus es et misertus es nobis.
Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia
commota est Ostendisti populo tuo du
ra potasti nos uino compunctionis Se
disti metuentibꝰ te significationē: ut fu
giant a facie arcus Vt liberentur dilec
ti tui saluum fac dextera tua: et exaudi
me Deus locutus est in scō suo: letabor
et partibor sicimam: et conuallem ta
bernaculorum metibor Deus est gala
ad et meus est manasses: et effraym sus
ceptio capitis mei Iuda rex meus: mo
ab olla spei mei In ydumeam extend
am calciamentum meū: michi alieni
gene subditi sunt Quis deducet me in

ciuitatem munitam: quis deducet me
usq3 in youmeam Nonne tu ds qui re
pulisti nos: et non egredieris ds imurtu
tibz nris Da nobis auxilium de tribula
tione: quia uana salus hominis In deo
faciemus uirtutem: et ipse ad nichilum
deducet tribulantes nos Gloria patri.

Exaudi ds deprecationem meam:
intendi orationi mee. A finibz ter
re ad te clamaui: dum anxiaretur
cor meum in petra exaltasti me Dedux
isti me quia factus es spes mea: turris
fortitudinis a facie inimici In habitabo
in tabernaculo tuo in sdā: protegar
in uelamento alarum tuarū Quo tu
deus meus exaudisti orationem meam:
dedisti hereditatem timentibz nomen
tuum Dies sup dies regis adicies an
nos eius: usq3 in diem generationis et
generationis Permanet in eternum
in conspectu dei: misericordiam et ueritā

tem · eius quis requiret Sic psalmum
dicam nomini tuo in sclm scli: ut red
dam uota mea de die in diem Gloria·
Nonne deo subiecta erit anima
mea: ab ipso enim salutare meū.
Nam et ipse ds meus salutaris
meus: susceptor meus nō mouebor am
plius Quousq; irruitis in homine inter
ficitis uniuersi uos: tamquam pariete in
clinato: et macerie depulse Verumptam
pretium meū · cogitauerunt repellere: cu
cupiti mendacio: ore suo benedicebant: et cor
de suo maledicebant Verumptamen
deo subiecta esto anima mea: qm ab ipo
patientia mea Quia ipse ds saluator
meus: adiutor meus nō emigrabo In
deo salutare meum et gloria mea: ds
auxilij mei et spes mea in deo est Spera
te in eo omnis congregatio ppli effundite
coram illo corda uīa: deus adiutor nr
in eternum Verumptamen uani filij

hominum mendaces filij hominum in
stateris: ut decipiant ipsi de uanitate in
idipsum Nolite sperare in iniquitate: et
rapinas nolite concupiscere: diuitie si af
fluant nolite cor apponere Semel locu
tus est ds duo hec audiui quia potestas
dei est et tibi dne misericordia: quia tu red
des unicuiq; iuxta opera sua. Glā

Deus deus meus: ad te de luce ui
gilo Sitiuit in te anima mea:
quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta et inuia et inaquosa: sic
in scō apparui tibi: ut uiderem uirtutem tuam et
gloriam tuam Quōniam melior est misericor
dia tua sup uitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in uita mea: et in no
mine tuo leuabo manus meas Sicut
adipe et pinguedine repleatur anima
mea: et labijs exultationis laudabit
os meum Si memor fui tui sup stra
tum meum et in matutinis meditabor

inte: quia fuisti adiutor meus Et in
uelamento alarum tuarum exultabo:
adhesit anima mea post te: me suscepit
dextera tua Ipsi uero inuanum quesi
erunt animam meam: introibunt in
inferiora terre: tradentur in manus gla
dij: partes uulpium erunt Rex uero
letabitur in deo laudabuntur omnes q
iurant in eo: quia obstructum est os lo
quentium iniqua. Gloria. P

Exaudi ds orationem meam cum de
precor: a timore inimici eripe ani
mam meam Protexisti me a con
uentu malignantium: a multitudine
operantium iniquitatem Qui exacu
erunt ut gladium linguas suas: inten
derunt arcum rem amaram: ut sagit
tent in occultis in maculatum Subi
to sagittabunt eum et no timebunt:
firmauerūt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt ut absconderent laqueos.

dire

dixerunt quis uidebit eos Scrutati sūt
iniquitates: defecerunt scrutantes scruti
nio Accedet homo ad cor altum: et exal
tabitur ds Sagitte paruulorum facte
sunt plage eorum et infirmate sunt cō
tra eos lingue eorum Conturbati sunt
omnes qui uidebant eos: et timuit om
nis homo Annunciauerunt opa dei:
et facta eius intellexerunt Letabitur
iustus in dño: et sperabit in eo: et lauda
buntur omnes recti corde Gloria p
Tce decet ymnus ds in syon: et tibi
reddetur uotum in ierlm Exau
di orationem meam: ad te omis
caro ueniet Verba iniquorum prualu
erunt sup nos: et impietatibus nris tu p
picabĕris Beatus quem elegisti et as
sumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue: scī
est templum tuum mirabile in equita
te. Exaudi nos ds salutaris nr: spes

omnium finium terre et in mari longe.
Preparans montes in fortitudine tua: ac
cinctus potentia: qui conturbas profun
dum maris: sonum fluctuum eius Tur
babuntur gentes et timebunt: qui habi
tant terminos a signis tuis: exitus ma
tutini et uespe delectabis Visitasti ter
ram et inebriasti eam: multiplicasti lo
cupletare eam Flumen dei repletum est
aquis: parasti cibum illorum qm̄ ita est
p̄paratio eius Rivos eius inebria mul
tiplica genimina eius: in stillicidijs eius
letabitur germinās Benedicens corone
anni benignitatis tue: et campi tui re
plebuntur ubertate P. inguescent spe
ciosa deserti: et exultatione colles accin
gentur Induti sunt arietes ouium et
ualles habundabunt frumento: cla
mabunt etenim ymnum dicent. P
Jubilate deo omnis terra psalmū dici
te nomini eius: date gloriam laudi ei:

Dicite deo quam terribilia sunt opera
tua dñe: in multitudine uirtutis tue
mentientur tibi inimici tui Omnis
terra adoret te et psallat tibi: psalmū
dicat nomini tuo Venite et uidete opa
dñi terribilis in consilijs sup filios homi
num Qui conuertit mare in aridam
in flumine pertransibunt pede: ibi leta
buntur in ipso Qui dominatur in uir
tute sua in eternum oculi eius sup gentes
respiciunt: qui exasperant nō exaltentur
in semetipsis Benedicite gentes dm nrm:
et auditam facite uocem laudis eius Qui
posuit animā meā ad uitam: et nō dedit
in commotionem pedes meos Quo pro
basti nos ds: igne nos examinasti: sicut
examinatur argentum Induxisti nos
in laqueum posuisti tribulationes in dor
so nro: imposuisti homines sup capita
nra Transiuimus ignem et aquam:
et eduxisti nos in refrigerium Introibo

in domum tuam in holocaustis reddā
tibi uota mea que distinxerunt labia
mea Et locutum est os meum: in tribu
latione mea Holocausta et medullata
offeram tibi cum incenso arietum: offe
ram tibi boues cum hyrcis Venite et
audite et narrabo omnes qui timetis de
um: quanta fecit anime mee Ad ipm
ore meo clamaui: et exultaui sub lingua
mea Iniquitatem si aspexi in corde meo:
nō exaudiet dns Propterea exaudiuit
dns: et attendit uocem deprecationis mee.
Benedictus dns: qui nō amouit orationē
meam: et misericordiam suam a me-
Deus misereatur nri et benedicat
nobis: illuminet uultum suum
sup nos: et misereatur nri. Ut v
cognoscamus in terra uiam tuam: in
omnibz gentibz salutare tuum Confi
teantur tibi populi dns: confiteantur
tibi ppli omnes Letentur et exultent

gentes q̄m iudicas populos in equitate:
et gentes in terra dirigis Confiteantur
tibi populi deus confiteantur tibi ppli om
nes: terra dedit fructum suum Benedi
cat nos d̄s d̄s noster et benedicat nos d̄s:
et metuant eum omnes fines terre. P

Exurgat d̄s et dissipentur inimici
eius: et fugiant qui oderunt eū
a facie eius Sicut deficit fumus
deficiant sicut fluit cera a facie ignis: sic
pereant peccatores a facie dei Et iusti
epulentur et exultent in conspectu dei:
et delectentur in leticia Cantate dn̄o
psalmum dicite nomini eius: iter facite
ei qui ascendit sup occasum: d̄n̄s nomen
illi Exultate in conspectu eius: turba
buntur a facie eius patris orphanorū:
et iudicis uiduarum O eus in loco sc̄o
suo: deus inhabitare facit unius moris
in domo Qui educit uinctos in fortitu
dine similiter eos qui exasperant qui ha

bitant in sepulchris O eus cum egredi
eris in conspectu populi tui: cum pertran
sieris in deserto T erra mota est etenim
celi stillauerunt a facie dei syna: a facie
dei israhel P luuiam uoluntariam se
gregabis dñs hereditati tue: et infirmata
est: tu uero perfecisti eam A nimalia tua
habitabunt in ea: parasti in dulcedine
tua pauperi dñs O nis dabit uerbum euan
gelizantibus uirtute multa R ex uirtu
tum dilecti dilecti: et speciei domus diui
dere spolia S i dormiatis inter medios
cleros penne columbe deargentate: et
posteriora dorsi eius in pallore auri O ũ
dispergit celestis reges sup eam niue de
albabuntur in selmon: mons dei mons
dei mons pinguis M ons coagulatus
mons pinguis: ut quid suspicamini
montes coagulatos M ons in quo bene
placitum ẽ deo habitare in eo: etenim
dñs habitabit in eo in finem C urrus

Dei decem milibꝫ multiplex: milia letantiu
um dñs inets in syna in sco Ascendisti in
altum cepisti captiuitatem: accepisti dona
in hominibꝫ Etenim ñ credentes: inha
bitare dñm deum Benedictus dñs: die
cotidie prospum iter faciet nobis ds salu
tarium nrorum Deus nr ds saluos fac
endi: et dñi dñi exitus mortis Verump
tamen ds confringet capita inimicorum
suorū: uerticem capilli ambulantium
in delictis suis Dixit dñs ex basan conuer
tam: conuitam in profundum maris Vt
intinguatur pes tuus in sanguine: lin
gua canum tuorum ex inimicis ab ipso
Viderunt ingressus tuos ds: ingressus
dei mei regis mei qui est in sco Preuene
runt principes coniuncti psallentibꝫ in
medio iuuencularum tympanistriarū.
In ecclesijs benedicite deo dño de fontibꝫ
isrl Ibi benjamin adolescentulus: in
mentis excessu Principes iuda duces

eorum: principes zabulon principes nep
talim Manda ós uirtuti tue: confirma
deus hoc quod operatus es in nobis A tem
plo tuo in hierusalem: tibi offerent reges
munera I nterpa feras arundinis con
gregatio taurorum in uaccis populorū:
ut excludant eos qui probati sunt ar
gento D issipa gentes que bella uolūt
uenient legati ex egypto: ethiopia pre
ueniet manus eius deo R egna terre
cantate deo: psallite domino P sallite
deo qui ascendit super celum celi ad ori
entem E ce dabit uoci sue uocem uir
tutis: date gloriam deo· super israhel
magnificentia eius: et uirtus eius in
nubibus M irabilis deus in sanctis su
is deus israhel ipse dabit uirtutem et
fortitudinem plebis sue: benedictus
deus G loria patri et filio et spiritui
sancto· S icut erat in principio et

Aluum me fac
deus quoniam
intrauerunt
aque: usq; ad
aiam meam.
Infixus sum
in limo profun
di: et no est sub
stancia Veni
in altitudinē
maris: et tempestas demersit me La
borauī clamans rauce facte sunt fauces
mee: defecerunt oculi mei dum spero in
deum meum Multiplicati sup capillos
capitis mei: qui oderunt me gratis Con
fortati sunt qui persecuti sunt me inimi
ci mei inuste: que no rapui tunc exsol
uebam Deus tu scis insipientiam me
am: et delicta mea a te no sunt absconditā
Non erubescant in me qui expectāt
te dñe: domine uirtutum Non confun

dantur sup me: qui querunt te dñe israhel.
Quõ propter te sustinui obprobrium: operuit
confusio faciem meam Extraneus factus
sum fratribus meis: et peregrinus filijs ma
tris mee Quõ zelus domus tue comedit
me: et obprobria exprobrantium tibi cecide
runt sup me Et operui in ieiunio ani
mam meam: et factum est in obprobri
um mihi Et posui uestimentum me
um cilicium: et factus sum illis in para
bolam Aduersum me loquebantur
qui sedebant in porta: et in me psallebãt
qui bibebant uinum Ego uero oratio
nem meam ad te dñe: tempus bene pla
citum dñe In multitudine misericordie tue ex
audi me: in ueritate salutis tue Et eripe
me de luto ut nõ infigar: libera me ab
hijs qui oderunt me: et de profundis a
quarum Non me demergat tempestas
aque: neq; absorbeat me profundum: nec
urgeat sup me puteus os suum Exau

Di me dñe q̃m benigna est miscdia tua:
scdm multitudinem miserationum tuarū
respice in me Et ne auertas faciem tuā
a puero tuo q̃m tribulor: uelociter exau
di me Intende anime mee et libera eā:
propter inimicos meos eripe me Tu scis
improperium meum et confusionē meā:
et reuerentiam meam In conspectu tuo
sunt omnes qui tribulant me: imprope
rium expectauit cor meum et miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur
et nō fuit qui consolaretur et nō inue
ni Et dederunt in escam meam fel: et
in sitī mea potauerunt me aceto Fiat
mensa eorum coram ipsis in laqueum:
et in retributionem et in scandalum.
Obscurentur oculi eorū ne uideant:
et dorsum eorum semp incurua Effun
de sup eos iram tuam: et furor ire tue
comprehendat eos Fiat habitatio eor
deserta: et in tabernaculis eor non sit

qui inhabitet Quoniam quem tu per
sisti p̄secuti sunt: et sup dolorem uulnerū
eorum addiderunt Appone iniquitatem
sup iniquitatem eorū: et nō intrent in iust
titia tua Deleantur de libro uiuentium:
et cum iustis nō scribantur Ego sum pau
per et dolens: salus tua ds suscepit me.
Laudabo nomen dei cum cantico: et mag
nificabo eum in laude Et placebit deo
sup uitulum nouellum: cornua pronten
tem et ungulas Videant paupes et le
tentur: querite deum et uiuet anima
uestra Quō exaudiuit paupes dñs: et uinc
tos suos nō despexit Laudent illum celi
et terra mare et omnia reptilia in eis:
Quō ds saluam faciet syon: et edificabun
tur ciuitates iude Et inhabitabunt ibi:
et hereditate acquirent eam Et semel
seruorum eius possidebit eam: et qui
diligunt nomen tuum habitabunt in
ea Gloria patri et filio.

Deus in adiutorium meum intende:
domine ad adiuuandum me festi
na Confundantur et reuereantur:
qui querunt animam meam Auertan
tur retrorsum et erubescant: qui uolunt
michi mala Auertantur statim et e
rubescant: qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omnes qui
querunt te: et dicant semp magnificet
dñs: qui diligunt salutare tuum Ego
uero egenus et pauper sum: ds adiuuat
me Adiutor meus et liberator mꝰ esto
dñe: ne moreris Gloria patri. P
Te domine speraui nō confundar in e
ternum: in iustitia tua libera me. et eri
pe me Inclina ad me aurem tuam: et
salua me Esto michi in deum protectorem:
et in locum munitum ut saluum me fa
cias Quo firmamentū meum: et refu
gium meū es tu Deus meus eripe me de
manu peccatoris: et de manu contra le

gem agentis et iniqui Quoniam tu es
patientia mea dñe: dñe spes mea a iu
uentute mea In te confirmatus sum
ex utero de uentre matris mee: tu es pro
tector meus In te cantatio mea semper
tamquã prodigium factus sum multis:
et tu adiutor fortis Repleatur os meũ
laude: ut cantem gloriam tuam: tota
die magnitudinem tuam Ne proici
as me in tempe senectutis: cum defece
rit uirtus mea ne derelinquas me Qui
dixerunt inimici mei michi: et qui cus
todiebant animam meã consilium fe
cerunt in unum Dicentes ds derelict
eum psequimini et comphendite eum:
quia non est qui eripiat Deus ne elon
geris a me: ds meus in auxilium meũ
respice Confundantur et deficiant
detrahentes anime mee: opiantur con
fusione et pudore: qui quærunt mala
michi Ego autẽ semp inte sperabo: et

adoram super omnem laudem tuā Os
meum annuntiabit iusticiam tuā tota
die salutare tuum Quoniam nō cog
noui litteraturam introibo in potentias
dñi: dñe memorabor iusticie tue solius.
Os docuisti me ex iuuentute mea: et usq
nunc pnuntiabo mirabilia tua Et usq
in senectam et senium: ds ne derelinquas
me Donec annunciem brachium tuū:
generationi omni que uenturā ē Po
tentiam tuam et iusticiam tuam ds usq
in altissima que fecisti magnalia: ds
quis similis tibi Quantas ostendisti
michi tribulationes multas et malas:
et conuersus uiuificasti me: et de abyſ
sis terre iterum reduxisti me Multipli
casti magnificentiam tuam ds: et con
uersus consolatus es me Nam et ego cō
fitebor tibi in uasis psalmi ueritatem
tuam ds: psallam tibi in cythara sanct'
isr'l Exultabunt labia mea dum can

tauero tibi: et anima mea qm redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur
iusticiam tuam: cum confusi et reue
riti fuerint qui querunt mala mihi.
Deus iudicium tuum regi da:
et iusticiam tuam filio regis | u
dicare populum tuum in iusticia:
et pauperes tuos in iudicio Suscipi
ant montes pacem pplo: et colles iusti
ciam Iudicabit pauperes ppli: et saluos
faciet filios pauperum: et humiliabit
calumniatorem Et ymanebit cum
sole et ante lunam: in generatione et
generationem Descendet sicut pluuia
in uellus: et sicut stillicidia stillantia
sup terram Orietur in diebz eius iusti
cia et habundantia pacis: donec au
feratur luna Et dominabitur a ma
ri usqz ad mare: et a flumine usqz ad
terminos orbis terrarum Coram illo
procident ethyopes: et inimici eius terrã

lingent Reges tharsis et insule munera
offerent: reges arabum et saba dona ad
ducent Et adorabunt eum omnes reges:
omnes gentes seruient ei Quia libera
uit pauperem a potente: et inopem cui
non erat adiutor Parcet pauperi et in
opi: et animas pauperum saluas faciet.
Ex usuris et iniquitate redimet ani
mas eorum: et honorabile nomen eorum
coram illo Et uiuet et dabitur ei de au
ro arabie. et adorabunt de ipo semper:
tota die benedicent ei Erit firmamen
tum in terra in summis montium: sup
extolletur sup libanum fructus eius: et
florebunt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictum in secula:
ante solem permanet nomen eius Et be
nedicentur in ipso omnes tribus terre:
omnes gentes magnificabunt eum Be ne
dictus dns deus israhel: qui facit mirabilia
solus. Et benedictum nomen maiesta

tis eius ineternum· et replebitur maiesta
te eius omnis terra fiat fiat· ℙ
Quam bonus isrl dṡ: hys qui recto
sunt corde ℳ ei autem penne mo
ti sunt pedes: pene effusi sũt gres
sus mei ℚ uia zelauu sup iniquos: pa
cem peccatorum uidens ℚ uia non est
respectus mortui eorum: ℳ et firmamen
tum inplaga eorum ℐ n labore hominũ
ño sunt: et cum hominibs ño flagellabun
tur ℐ deo tenuit eos superbia: opti sunt
iniquitate et impietate sua ℙ rodyt
quasi ex adipe iniquitas eorum: transi
erunt in affectum cordis ℂ ogitauerũt
et locuti sunt nequiciam: iniquitatem
in excelso locuti sunt ℙ osuerunt in ce
lum os suum: et lingua eorum transi
uit in terram ℐ deo conuertetur ppls
meus hic: et dies pleni inuenientur in
eis· ℰt dixerũt quomodo scit dṡ: et si
est sciencia in excelso ℰce ipsi peccatores

et habundantes in scło: obtenuerunt di
tias Et dixi ergo sine causa iustificaui
cor meum: et lauui inter innocentes manꝰ
meas Et fui flagellatus tota die: et cas
tigatio mea in matutinis Si dicebam
narrabo sic: ecce nationem filiorū tuorū
reprobaui Et existimabam ut cognos
cerem: hoc labor est ante me Donec in
trem in sanctuarium dei: et intelligam
in nouissimis eorum Verumptamen
propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dū
alleuarentur Quomodo facti sunt in
desolationē subito defecerunt: perierunt
propter iniquitatem suam Velud somni
um surgentium domine: in ciuitate tua
ymaginem ipsorum ad nichilum rediges.
Quia inflammatum est cor meū et renes
mei cōmutati sunt: et ego ad nichilum
redactus sum et nescaui Ut iumentū
factus sum apud te: et ego semp tecum.
Tenuisti manum dexteram meam et in

uoluntate tua deduxisti me: et cum glo
ria suscepisti me Quid enim mihi est
in celo: et a te quid uoluit sup terram De
fecit caro mea et cor meum: deus cordis
mei et pars mea ds in eternum Qui
te qui elongant se a te pibunt: pdidisti
omnē qui fornicat abs te Mihi autē ad
herere deo bonum ē: et ponere in dño deo
spem meam Vt annunciem omnes p
dicationes tuas: in portis filie syon · P
Vt quid ds repulisti in finem: iratꝰ
est furor tuus sup oues pascue tue·
Memor esto congregationis tue:
quam possedisti ab initio Redemisti uir
gam hereditatis tue: mons syon in quo
habitasti in eo Leua manus tuas in su
pbias eorum in finem: quanta maligna
tus est inimicus in scō Et gloriati sunt
qui oderunt te: in medio sollempnitatis
tue Posuerunt signa sua signa: et non
cognouerunt sicut in exitu sup sompnū.

Quasi in silua lignorū securibs exciderē
tanuas suas in id ipsum: in securi et ascia
deiecerunt eam Incenderunt igni sanc
tuarium tuum: in terra polluerunt ta
bernaculū nōis tui Dixerunt in corde
suo cognatio eorū simul: quiescere faciam
omnes dies festos dei a terra Signa nra
nō uidimus iam nō est pphēta: et nos nō
cognoscet amplius Usquequo ds improp
erabit inimicus: irritat aduersarius
nomen tuū in finem Ut quid auertis
manum tuā et dexteram tuā: de medio
sinu tuo in finem Deus autem rex nr
ante secula: operatus est salutem in medio
terre Tu confirmasti in uirtute tua ma
re: contribulasti capita draconū in aqs.
Tu confregisti capita draconis: dedisti
ea escam populis ethiopum Tu diru
pisti fontes et torrentes: tu siccasti flu
uios etham Tuus est dies et tua est
nox: tu fabricatus es auroram et solem.

Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et uer: tu plasmasti ea Memor esto huius inimicus: inpropperabit dño: et populus insipiens incitauit nomen tuum Ne tradas bestijs animas confitentiũ tibi: et animas paupum tuorũ ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuũ quia repleti sunt qui obscurati sunt: terre domibz iniquitatũ Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum Exurge ds iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum: eorũ que absipiente sunt tota die Ne obliuiscaris uoces inimicorũ tuorũ superbia eorum qui te odertũ ascendit semp

Confitebimur tibi ds confitebimur: et inuocabimus nomen tuũ Narrabimus mirabilia tua: cũ accepero tempus ego iusticias iudicabo Liquefacta est terra et oms qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius Dixi iniquis

nolite iniqꝫ agere: et delinquentibꝫ no
lite exaltare cornu Nolite extollere maltū
cornu ūrm: nolite loqui adūsus dm iniquī
tatem Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occiden
te neqꝫ a desertis montibꝫ: qm dūs iudex est.
Hunc humiliat et hunc exaltat: quia ca
lix in manu dñi: uini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: uerumptam
fex eius nō est exinanita: bibent omnes pec
catores terre Ego autem annuntiabo in
sēcm: cantabo deo iacob Et omnia cornua
peccatorum confringam: et exaltabuntur
cornua iusti. G loria patri.
Notus in iudea dūs: in isrl magnum
nomen eī Et factus est in pace lo
cus eius: et habitatio eius in syon Ibi con
fregit potentias: arcum. scutum. gladiū et
bellum Illuminans tu mirabiliter a
montibꝫ eternis: turbati sunt omnes in
sipientes corde Dormierunt somnum
suum: et nichil inuenerunt omnes uiri

ouuciatum in manibꝫ suus Abinctepa
tua deus iacob: dormitauerũt qui ascendt
rũt equos Tu terribilis es et quis resistet
tibi: ex tunc ira tua Oe celo auditũ fecisti
iudicium: terra tremuit et quieuit Cum
resurgeret in iudicio ds: ut saluos faceret
oms mansuetos terre Quo cogitatio homi
nis confitebitur tibi: et reliquie cogitatio
nis diem festum agent tibi Vouete et red
dite dño deo uro: oms qui in circuitu eius
affertis munera Terribili et ei qui auferet
spm principum: terribili apud reges terre.
Voce mea ad dñm clamaui: uoce mea
ad dñm et intendit michi In die
tribulationis mee deum exquisiui
manibꝫ meis: nocte contra eum et ño sum
deceptus Renuit consolari anima mea
memor fui dei et delectatus sum et exerci
tatus sum: et defecit spũs meus Anticipa
uerũt uigilias oculi mei: turbatus sum
et ño sum locutus Cogitaui dies anti

quos: et annos eternos in mente habui Et
meditatus sum nocte cum corde meo: et exer
citabar et scopebam spm meum Numqd
in eternum proiciet dns: ut nō apponat ut
complacitor sit adhuc Aut in finem mi
sericordiam suam abscidet: a generatione
in generationē Aut obliuiscetur miserer
dns: aut continebit in ira sua miserias suas.
Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere ex
celsi Memor fui operum dñi: quia memor
ero ab initio mirabilium tuorū Et medi
tabor in omnibz operibz tuis: et in adinuen
tionibz tuis exercebor Deus in sco via tua
quis dns magnus sicut dns nr: tu es dns qui
facis mirabilia Notam fecisti in pplis vir
tutem tuam redemisti in brachio tuo ppm
tuum filios iacob et ioseph Viderunt te
aque dns viderūt te aque et timuerunt:
et turbate sunt abyssi Multitudo soni
tus aquarum: vocem dederūt nubes Et
enim sagitte tue transierūt: vox tonitrui

tui in rota Illuxerunt choruscationes
tue orbi terre: commota est et contremu
it terra In mari uia tua et semite tue
in aquis multis: et uestigia tua nō cog
noscentur Deduxisti sicut oues ppl'm
tuum: in manu moysi et aaron.

Audite populus mꝰ legem meā:
inclinate aurem uīam in ūba
oris mei Aperiam in parabo
lis os meum: loquar ꝓpositiones ab
initio Quanta audiuimus et cogno
uimus ea: et patres nīri narrauerūt
nobis Non sunt occultata a filijs eoꝝ
in generatione altera Narrantes lāu
des dñi: et uirtutes eius. et mirabilia
eius que fecit Et suscitauit testimo
nium in iacob: et legem posuit in isr'.
Quanta mandauit patribꝰ nīris no
ta facere ea filijs suis: ut cognoscat ge
neratio altera Filij qui nascentur et
exurgent: et narrabunt filijs suis Et

ponant in deo spem suam: et nō obliui
cantur operum dei: et mandata eius ex
quirant Ne fiāt sicut patres eorū gene
ratio prāua et exasperans Generatio
que non direxit cor suum: nec est credi
tus cum deo spūs eius Filij effrem inten
dentes et mittentes arcum: conuersi sūt
in die belli Non custodierunt testamen
tum dei: et in lege eius noluerunt am
bulare Et obliti sunt benefactorū ei⁹:
et mirabiliū que ostendit eis Coram
patribus eorum fecit mirabilia in terra
egypti: in campo thaneos Interrupit
mare et perduxit eos: et statuit aquas
quasi in utre Et deduxit eos in nube
die: et tota nocte in illuminatione ig
nis Interrupit petram in heremo: et
adaquauit eos uelud in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: et deduxit
tamquā flumina aquas Et adhuc
fuerunt adhuc peccare ei: in ira conti

tauerunt ẏcelſum in in aquoſo Et tẽp
tauerunt deum in cordibꝰ ſuis ut pete
rent eſcas animabꝰ ſuis Et male lo
cuti ſunt de deo· dixerunt numquid po
terit deus parare menſam in deſerto·
Quõ percuſſit petram et fluxerũt aque·
et torrentes inundauerunt Numquid
et panem poterit dare· aut parare men
ſam populo ſuo Ideo audiuit dñs et
diſtulit· et ignis ſuccenſus eſt in iacob·
et ira aſcendit in iſrl Quia nõ credide
rũt in deo· nec ſpauerunt in ſalutare ei·
Et mandauit nubibꝰ deſup· et ianu
as celi aperuit Et pluit illis manna ad
manducandum· et panem celi dedit
eis Panem angloꝝ manducauit ho
mo· cibaria miſit eis in habundantia·
Transtulit auſtrum de celo· et induxit
in uirtute ſua affricum Et pluit ſup
eos ſicut puluerem carnes· et ſicut ha
renam maris uolatilia pennata Et

enderunt in medio castroꝝ eoꝝ: circa taber
nacula eoꝝ ¶ Et manducauerunt et satu
rati sunt nimis: et desiderium eoꝝ attu
lit eis: nō sunt fraudati a desiderio suo.
¶ Adhuc esce eorum erant in ore ipsoꝝ: et
ira dei ascendit sup eos ¶ Et occidit pingues
eoꝝ: et electos israel impediuit ¶ In omnibꝫ
his peccauerunt adhuc: et nō crediderūt
in mirabilibꝫ eius ¶ Et defecerūt in uani
tate dies eorum: et anni eorum cum festi
natione ¶ Cum occideret eos querebant
eum et reuertebantur: et diluculo uenie
bant ad eum ¶ Et rememorati sūt quia
dꝰ adiutor est eorum: et dꝰ excelsus redep
tor eoꝝ est ¶ Et dilexerunt eum in ore suo:
et lingua sua mentita sūt ei ¶ Cor autē
ipsorum nō erat rectum cū eo: nec fideles
habiti sunt in testamento suo. ¶ Ipse au
tem est misericors et ꝓpitius fiet peccatis
eoꝝ: et nō disperdet eos ¶ Et habundauit
ut auerteret iram suam: et accendit om

nem tram suã Et recordatus est quia caro
sunt: spūs uadens et nō rediens Quoties
exacerbauerunt eum in deserto: in ira cō
citauerunt eum in inaquoso Et conuer
si sunt et tēptauerunt dm: et sēm isrl
exacerbauerūt Non sunt recordati ma
nus eius die qua redemit eos de manu
tribulantis Sicut posuit in egypto sig
na sua: et prodigia sua in campo thaneos.
Et conuertit in sanguine flumina eorū:
et imbres eorū ne biberent Misit in eos
cynomiam et comedit eos: ranam et dispde
dit eos Et dedit erugini fructus eorum:
et labores eorū locuste Et occidit in gran
dine uineas eorum: et moros eorū in pru
ina Et tradidit grandini iumenta eor:
et possessionem eorum igni Misit in eos
iram indignationis sue: indignatione.
ram. et tribulationem: immissionem
per angelos malos Viam fecit semite re
sue: et nō pepcit a morte animabus eor:

et iumenta eorum in morte concluſit Et
percuſſit omne primogenitū in terra egypti:
primicias omnis laboris eorū in taberna
culis cham Et abſtulit ſicut oues ppm
ſuum: et ꝓduxit eos tamq̃ gregem in
deſerto Et deduxit eos in ſpe et nō timu
erunt: et inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem ſc̃ificationis
ſue: montem q̃m acquiſiuit dextera ei?
Et eiecit a facie eorum gentes: et ſorte
diuiſit eis terram in funiculo diſtributi
onis Et habitare fecit in tabernaculis
eorum: tribus iſrl' Et tentauerūt et
exacerbauerunt deum excelſum: et teſti
monia eius nō cuſtodierūt Et auerte
runt ſe et nō ſeruauerunt pactum:
quemadmodum patres eorum conuerſi
ſunt in arcum prauum Iracunda concita
uerunt eū in collibus ſuis: et ſculptilibus
ſuis ad emulationem eum prouocauerūt.
Audiuit ds et ſpreuit: et ad nichilum

redegit ualde ut ait Et repulit tabernaculum silo tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum: et pulchritudinem eorum in manus inimici Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam spreuit Iuuenes eorum comedit ignis: et uirgines eorum non sunt lamentate Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: et uidue eorum non ploabantur Et excitatus est tamquam dormiens dns: tamquã potens crapulatus a uino Et percussit inimicos suos in posteriora: obprobrium sempiternum dedit illis Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effrem non elegit. Sed elegit tribum iuda: montem syon quẽ dilexit Et edificauit sicut unicornium sanctificium suum in terra: quã fundauit in secula Et elegit dauid seruum suum et sustulit eum de gregib

ouum: et de posteritate accepit eum.
Pascere iacob seruum suum: et israhel he
reditatem suam. Et pauit eos in inno
centia cordis sui: et in intellectibus manu
um suarum deduxit eos. Gloria.
Deus uenerunt gentes in hereditā
tem tuam: polluerunt templum
sanctum tuum: posuerunt iherlm
in pomorum custodiam. Posuerunt
mortalia seruorum tuorum escas uo
latilibus celi: carnes sanctorum tuorum
bestijs terre. Effuderunt sanguinem
ipsorum tamquam aquam in circuitu
iherusalem: et non erat qui sepeliret.
Facti sumus obprobrium uicinis nr̄is:
subsannatio et illusio hijs qui in circu
itu nostro sunt. Usq; quo domine irasce
ris in finem: accendetur uelud ignis ze
lus tuus. Effunde iram tuam in gen
tes que non nouerunt te: et in regna
que nomen tuum nō inuocauerunt.

Quia comederunt iacob: et locum eius
desolauerunt Ne memineris iniquita
tum nr̄arum antiquarum: cito antici
pent nos miserie tue: quia pauperes fac
ti sumus nimis Adiuua nos deus salu
taris noster: et propter gloriam nomi
nis tui dn̄e libera nos: et propitius esto
peccatis nostris: propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gentibꝫ ubi est ds eorū:
et innotescant in nationibꝫ coram oculis
nostris Vltio sanguinis seruorum tuo
rum qui effusus est introeat in conspec
tu tuo: gemitus compeditorū Secm
magnitudinem brachij tui: posside filios
mortificatorum Et redde uicinis nr̄is sep
tuplum in sinu eorum: improperium ip
sorum quod exprobrauerunt tibi dn̄e.
Nos autem populus tuus et oues pascue
tue: confitebimur tibi in seculum In
generatione et generationem: annunci
abimus laudem tuam Gloria

Qui regis israhel intende: qui de
ducis tamquam oues ioseph Qui
sedes super cherubin manifestare:
coram effraim beniamin et manasse.
Excita potenciam tuam et veni: ut
saluos facias nos Ds̄ conuerte nos: et
ostende faciem tuam et salui erimus.
Dn̄e ds̄ uirtutum quousq; irascēris
super oracionem serui tui Cibabis nos
pane lacrimarum: et potum dabis no
bis lacrimis in mensura Posuisti nos in
contradictionem uicinis nr̄is: et inimici
nr̄i subsannauerunt nos Deus uirtu
tum conuerte nos: et ostende faciem tu
am et salui erimus Vineam de egypto
transtulisti eiecisti gentes et plantasti
eam Dux iter fecisti in conspectu
eius et plantasti radicem eius: et imple
uit terram Operuit montes umbra
eius: et arbusta eius cedros dei Extен
dit palmites suos usq; ad mare: et usq;

ad flumen propagines eius Vt quid
destruxisti materiam eius: et uindemi
ant eam omnes qui pretergrediuntur
uiam Exterminauit eam aper de
silua: et singularis ferus depast est eā.
Deus uirtutum conuertere respice de
celo et uide: et uisita uineam istam.
Et perfice eam quam plantauit dex
tera tua: et super filium quem confir
masti tibi Incensa igni et suffossa:
ab increpatione uultus tui peribunt.
Fiat manus tua super uirum dex
tre tue: et super filium hominis quem
confirmasti tibi Et non discedimus
a te uiuificabis nos: et nomen tuum
inuocabimus Domine deus uirtu
tum conuerte nos: et ostende faciem
tuam et salui erimus Gloria patri
et filio et spiritui sancto Sicut erat
in principio et nunc et semp et in secu
la seculorum amen.

Exultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob Sumite psalmu et date tym panum: psal terium iocun dum cum cy thara Buccinate in comenia tuba: in sig ni die sollempnitatis ure Quia p̄ceptum in israhel est: et iudicium deo iacob Testi monium in ioseph posuit illud: cum exi ret de terra egypti: linguam quam non nouit audiuit Ouertit ab oneribs dor sum ei: manus eius in cophino seruierut. Intribulatione inuocasti me et liberaui te et exaudiui te in abscondito tempestatis. probaui te apud aquam contradictionis. Audi pplṡ meus et contestabor te: israhel

si audieris me non erit inte dis recens neq;
adorabis deum alium Ego enim sum
dñs ds tuus qui eduxi te de terra egypti:
dilata os tuum et implebo illud Et nō
audiuit ppls meus uocem meam: et isrl'
nō intendit michi Et dimisi eos secdm
desideria cordis eorum: ibunt in adinuen
tionibs suis Si populus meus audisset
me: isrl' si in uijs meis ambulasset Pro
nichilo forsitan inimicos eorum humili
assem: et sup tribulantes eos misissem
manum meam Inimici dñi mentti
sunt ei et erit tempus eorum in seculā.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de
petra melle satiauit eos Gloria P
Deus stetit in synagoga deorum: in
medio autem deos diudicat Usq;
quo nō iudicatis iniquitatem: et facies
peccatorum sumitis Iudicate egeno et
pupillo: humilem et pauperem iustifi
cate Eripite pauperem: et egenum de

manu peccatoris liberate Nescierunt nec
intellexerunt in tenebris ambulant: mo
uebuntur omnia fundamenta terre Ego
dixi dij estis: et filij excelsi omnes Vos au
tem sicut homines moriemini: et sicut un
de principibz cadetis Surge ds iudica t
ram: qm tu hereditabis in oīb' gentib'.

Deus quis similis erit tibi: ne
taceas nec compescaris ds Quo ecce
inimici tui sonuerunt et qui oderūt
te exaltauerunt caput Sup pplm tuū ma
lignauerunt consilium: et cogitauerūt
adūsus scōs tuos Dixerunt uenite et
disptdamus eos de gente: et nō memoretur
nomen isrl' ultra Quo cogitauerunt
unanimiter aduersus te testamentū dis
posuerunt: tabernacula idumeorum et
ismahelite Moab et agarent geban
et amon et amalech: alienigene cum ha
bitantibz tyrum Etenim assur uenit
cum illis: facti sunt simul in adiutoriū

filys loth Fac illis sicut madian et sisare:
sicut iabin in torrente cison Qui perierunt
in endor: facti sunt ut stercus terre Po
ne principes eorum sicut oreb: et zeb et
zebee et psalmana Omnes principes
eorum qui dixerunt: hereditate possideamus sc̃uarium dei Deus m̃s pone illos
ut rotam: et sicut stipulam ante faciem
uenti Sicut ignis qui comburit siluā:
et sicut flamma comburens montes Ita
psequeris illos in tempestate tua: et in
ira tua turbabis eos Imple facies eorum
ignominia: et querent nomen tuū dñe.
Erubescant et conturbentur in seculū
seculi: et confundantur et pereant Vt
cognoscant quia nomen tibi dñs: tu solus altissimus in omni terra Gloria.

Quam dilecta tabernacula tua
dñe uirtutum: concupiscit et
deficit anima mea in atria dñi
Cor meum et caro mea: exultauerunt

in deum uiuum Etenim passer inue
nit sibi domum: et turtur nidum ubi re
ponat pullos suos Altaria tua dñe uir
tutum: rex meus et ds meus Beati qui
habitant in domo tua dñe: in scla scl'oꝝ
laudabunt te Beatus uir cuius est aux
ilium abste: ascensiones in corde suo dis
posuit in ualle lacrimarum in loco qñe
posuit Etenim benedictiones dabit le
gis lator: ibunt de uirtute in uirtutem:
uidebitur deus deorum in syon Oñe ds
uirtutum exaudi oratione meã: auribꝰ
pcipe ds iacob Protector n. oster aspice
deus: et respice in faciem xpi tui Quia
melior est dies una: in atriis tuis sup mi
lia Elegi abiectus esse in domo dei mei:
magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum Quia misdiam et ueritatẽ
diligit ds: gr̃am et gl'am dabit dñs Non
priuabit bonis eos qui ambulant inin
nocentia dñe uirtutum: beatus homo

qui speraut in te Gloria patri

Benedixisti dñe terram tuam: aduertisti captiuitatem iacob Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorum Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue Conuertte nos ds salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis Numquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem ds tu conuersus uiuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis dñe misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis Audiam quid loquatur in me dns ds: qm loquetur pacem suam Et super seos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor. Verumptamen ppe est timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nra Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sunt Veritas de terra orta est: et iustitia

de celo prospexit Etenim dñs dabit benig
nitatem: et terra nra dabit fructum suum.
Justicia ante eum ambulabit: et ponet in
via gressus suos. Gloria patri
Inclina dñe aurem tuam et exaudi me:
qum inops et pauper sum ego Custodi ani
mam meam quo sctus sum: salvum fac ser
vum tuum ds meus sperantem in te Mise
rere mei dñe qum ad te clamavi: tota die
letifica animam servi tui: qum ad te dñe
animam meam levavi Quo tu dñe sua
vis et mitis: et multe misericordie omnibus in
vocantibus te Auribus percipe orationem mea:
et intende voci deprecationis mee In die
tribulationis mee clamavi ad te quia ex
audisti me Non est similis tui in dys do
mine: et no est secm opa tua Omnes
gentes quascumq fecisti: venient et ad
orabunt coram te dñe: et glorificabunt
nomen tuum Quo magnus es tu et fa
ciens mirabilia: tues deus solus Educ

me dñe in ira tua: et ingrediar in ueritate
tua: letetur cor meum ut timeat nomen
tuum Confitebor tibi dñe ds meus in
toto corde meo: et glorificabo nomen tuū
in eternum Quia misericordia tua magna
est sup me: et eruisti animam meā ex in
ferno inferiori Deus iniqui insurrexe
runt sup me et synagoga potentiū que
sierūt animam meam: et non proposue
runt te in conspectu suo Et tu dñe ds
miserator et misericors: patiens et mul
te misericordie et uerax Respice in me
et miserere mei: da imperium tuum pu
ero tuo: et saluum fac filium ancille tue
Fac mecum signum in bono ut uideant
qui oderunt me et confundantur: qm
tu dñe adiuuisti me et consolatus es me.

Fundamenta eius in montib⁹
sctis: diligit dñs portas syon: sup
omnia tabernacula iacob Glori
osa dicta sunt de te: ciuitas dei Me

moz etro maab et babilonis: scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et ppl's ethiopum:
hij fuerunt illic Numquid syon dicet ho
mo et homo natus est in ea: et ipse funda
uit eam altissimus Dñs narrabit inscrip
turis pplorum et principum horum qui fu
erunt in ea Sicut letantium: omnium
habitatio est in te Gloria patri
Domine dñs salutis mee: in die clama
ui et nocte coram te Intret in con
spectu tuo oratio mea: inclina au
rem tuam ad precem meam Quia reple
ta est malis anima mea: et uita mea in
inferno appropinquabit Estimatus sū
cum descendentibz in lacum: factus sū
sicut homo sine adiutorio: inter mortuos
liber Sicut uulnerati dormientes in
sepulchris quoz nō es memor amplius:
et ipsi de manu tua repulsi sūt Posue
runt me in lacu inferiori: in tenebrosis
et in umbra mortis Sup me confirma

tus est furor tuus: et omnes fluctus tuos
induxisti sup me Longe fecisti notos me
os ame: posuerunt me abhominationem
sibi Traditus sum ego et ño egrediebar:
oculi mei languerunt pre inopia Clama
ui ad te dñe: tota die expandi ad te man
meas Numquid mortuis facies mirabi
lia aut medici suscitabunt: et confitebun
tur tibi Numquid narrabit aliquis in
sepulchro misericordiam tuam: et veritatem
tuam in pditione Numquid cognos
centur in tenebris mirabilia tua: et iusti
cia tua in terra obliuionis Et ego ad te
dñe clamaui: et mane oratio mea preue
niet te Ut quid dñe repellis orationem
meam: auertis faciem tuam a me Pau
per sum ego et in laboribus a iuuentute mea:
exaltatus autem humiliatus sum et con
turbatus In me transierunt ire tue: et
terrores tui conturbauerunt me Circũ
dederunt me sicut aqua tota die: circum

dederunt me simul Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.
Misericordias dñi: in eternum cantabo In generatione et generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo Quia dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis Disposui testamentum electis meis: juravi david servo meo usque in eternum preparabo semen tuum Et edificabo in generatione et generationem: sedem tuam Confitebuntur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum Quoniam quis in nubibus equabitur dño: similis erit deo in filiis dei Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt Dñe deus virtutum quis similis tibi: potens es dñe: et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motum

autem fluctuum eius tu mitigas Tu hu
miliasti sicut uulneratum superbum: in bra
chio tuo dispersisti inimicos tuos Que sunt
celi et tua est terra: orbem terre et plenitu
dinem eius tu fundasti: aquilonem et ma
re tu creasti Thabor et hermon in nomine
tuo exultabunt: tuum brachium cum po
tentia Firmetur manus tua et exaltet
dextera tua: iustitia et iudicium ꝑparatio
sedis tue Misericordia et ueritas prece
dent faciem tuam: beatus populus qui
scit iubilationem Ome in lumine uul
tus tui ambulabunt: et in nomine tuo
exultabunt tota die: et in iustitia exalta
buntur Quia gloria uirtutis eorum tu
es: et in beneplacito tuo exaltabitur cor
nu nr̄m Quia dn̄i est assumptio nr̄a: et
scī israhel regis nr̄i Tunc locutus es in
uisione scīs tuis et dixisti: posui adiutо
rium in potente: et exaltaui electum de
plebe mea Inueni dauid seruū meum:

oleo scō meo unxi eum Manus enim mea
auxiliabitur ei: et brachium meum con
fortabit eum Nichil proficiet inimicus
in eo: et filius iniquitatis non apponet
nocere ei Et concidam a facie ipsius
inimicos eius: et odientes eum in fugam
conuertam Et ueritas mea et misericor
dia mea cum ipso: et in nomine meo exal
tabitur cornu eius Et ponam in mari
manum eius: et in fluminibz dexteram
eius Ipse inuocabit me pater meus es
tu: deus meus et susceptor salutis mee Et
ego primogenitū ponam illum: excelsū
pre regibz terre In eternum seruabo illi
misericordiam meam: et testamentum meū
fidele ipsi Et ponam in seculum seculi semen
eius: et thronum eius sicut dies celi Si
autem dereliquerint filij eius legem me
am: et in iudicijs meis nō ambulauerint
Si iustitias meas profanauerint et man
data mea nō custodierint Visitabo in

uirga iniquitatis eorum: et in uerberibz
peccata eorum Misericordiam autē meā
non dispgam abeo: neqz nocebo in ueri
tate mea Neqz profanabo testamentū
meum: et que procedunt de labijs meis
non faciam irrita Semel iuraui in scō
meo: si dauid mentiar semen eius in ter
num manebit Et thronus meus sicut
sol in conspectu meo. et sicut luna pfecta
in eternum: et testis in celo fidelis Tu
uero repulisti et despexisti: distulisti xpm
tuum Auertisti testamentum serui tui:
pfanasti in terra sanctuarium eius Destruxi
isti omnes sepes eius: posuisti firmamen
tum eius formidinem Diripuerūt eū
omnes transeuntes uiam: factus est op
probrium uicinis suis Exaltasti dexteram
deprimentium eum: letificasti omnes
eius Auertisti adiutorium ensis eius
eius: et nō es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione:

et sedem eius interra collisisti Memorasti
dies temporis eius: perfudisti eum confusione.
Vsq̃quo dñe auertis infinem: exardescet
sicut ignis ira tua Memorare que mea
substancia: numquid enim uane constru
xisti omnes filios hominum Quis est
homo qui uiuet et nõ uidebit mortem:
et eruet animã suam de manu inferi.
Vbi sunt miserie tue antiquę dñe: sicut
iurasti dauid in ueritate tua Memor
esto dñe obprobrij seruorum tuorũ: qõ
continui in sinu meo multarũ gentium.
Quod exprobrauerunt inimici tui dñe:
quod exprobrauerunt cõmutationem xpi
tui Benedictus dñs in eternũ: fiat fiat.
Domine refugium tu factus es
nobis: a generatione in generatio
nem Priusquam montes fierent
aut formaretur terra et orbis: a sclõ et
usq̃ in sclm tu es dñs Ne auertas homi
nem in humilitatem: et dixisti conuer

tamini filij hominum Quoniam mille
anni ante oculos tuos: tamquã dies hester
na que preterijt Et custodia in nocte que
p̃uigilo habentur: eorum anni erũt Ma
ne sicut herba transeat mane floreat et
transeat: uespe decidat induret et arescat.
Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo
turbati sumus Posuisti iniquitates nr̃as
in conspectu tuo: sc̃m nr̃m in illuminatio
ne uultus tui Quõ omnes dies nr̃i defe
cerunt: et in ira tua defecimus Anni nr̃i
sicut aranea meditabuntur: dies annor
nr̃orum in ipsis septuaginta anni. Si
autẽ in potentatibꝰ octoginta anni: et am
plius eorum labor, et dolor Quõ sup̃uenit
mansuetudo: et corripiemur Quis nouit
potestatem ire tue: et pre timore tuo iram
tuam dinumerare Oetteram tuam fac
notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Conuertere dn̄e usq̃quo: et deprecabilis
esto sup̃ seruos tuos Repleti sum̃ mane

miſcdia tua: exultauimus et delectati ſum
omnibꝫ diebꝫ nr̄is Letati ſumus ꝑ diebꝫ
quibꝫ nos humiliaſti: annis quibꝫ uidi
mus mala Reſpice in ſeruos tuos: et in
opera tua dirige filios eorum Et ſit ſplen
dor dn̄i dei nr̄i ſup nos: et opera manuum
nr̄arum dirige ſup nos: et opus manuum
nr̄arum dirige Gloria patri et filio

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in
protectione dei celi cōmorabitur.
Dicet dn̄o ſuſceptor meus es tu: et
refugium meum deus meus ſperabo in
eum Quoniam ipſe liberauit me de
laqueo uenantium: et a uerbo aſpero.
Scapulis ſuis obumbrabit tibi: et
ſub pennis eius ſperabis Scuto circum
dabit te ueritas eius: nō timebis a ti
more nocturno A ſagitta uolante in
die a negotio ꝑambulante in tenebris:
ab incurſu et demonio meridiano Ca
dent a latere tuo mille. et decem milia

a dextris tuis: ad te autem nō appropinqua
bit Verumptamen oculis tuis considera
bis: et retributionem peccatorū videbis.
Quoniam tu es spes mea: altissimū posu
isti refugium tuum Non accedet ad te
malum: et flagellum nō appropinquabit
tabernaculo tuo Quiō angelis suis man
dauit de te ut custodiant te in omnibs
uijs tuis In manibs portabunt te ne
forte offendas: ad lapidem pedem tuum.
Sup aspidem et basiliscum ambulabis:
et conculcabis leonem et draconem Quiō
in me speravit liberabo eum protegam
eum qm̄ cognouit nomen meum Cla
mauit ad me et ego exaudiam eum cum
ipso sum in tribulatione: eripiam eum et
glorificabo eum Longitudine dierum
replebo eū: et ostendam illi salutare eū.
Bonum est confiteri dño: et psallere
nomini tuo altissime Ad annun
tiandum mane misericordiam tuam:

et ueritatem tuam p noctem In decacor
do psalterio: cum cantico in cythara Quia
delectasti me dñe in factura tua: et in op
ribs manuum tuarū exultabo Quam
magnificata sunt opa tua dñe: nimis
pfunde facte sunt cogitationes tue Vir
insipiens nō cognoscet: et stultus nō in
telliget hec Cum exorti fuerint pecato
res sicut fenum: et apparuerint omnes
qui opantur iniquitatem Et interie
ant in sclm scli: tu autem altissimus in
eternum dñe Quōō ecce inimici tui dñe:
qm ecce inimici tui pibunt: et dispgen
tur omnes qui opantur iniquitatem.
Et exaltabitur sicut unicornis cornu
meum: et senectus mea in misericordia u
berī Et despexit oculus meus inimi
cos meos: et insurgentibs in me malig
nantibs audiet auris mea Iustus ut
palma florebit: sicut cedrus libani mul
tiplicabitur Plantati in domo dñi: in

atrijs domus dei nostri floebunt Adhuc
multiplicabuntur in senecta uberi: et be
ne patientes erunt ut annuntient. Quō
rectus dñs ds nr: et nō est iniquitas in eo.
Dominus regnauit decorem in
duitus est: indutus est dñs fortitudi
nem et precinxit se Etenim firma
uit orbem terre: qui nō commouebitur.
Parata sedes tua: ex tunc a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina dñe: eleuauerūt
flumina uocem suam Eleuauerunt
flumina fluctus suos: a uocibz aquarum
multarum Mirabiles elationes maris:
mirabilis in altis dñs Testimonia tua
credibilia facta sunt nimis domū tuam
decet sanctitudo: dñe in longitudine dierum.
Deus ultionum dñs: deus ultio
num libere egit Exaltare qui iu
dicas terram: redde retributionem
superbis Usq quo peccatores dñe: usq quo
peccatores gloriabuntur effabuntur

et loquentur iniquitatem: loquentur om
nes qui operantur iniustitiam Populũ
tuum dñe humiliauerunt: et hereditа
tem tuam uexauerunt Viduam et ad
uenam interfecerunt: et pupillos occide
runt Et dixerunt nõ uidebit dñs: nec
intelliget ds iacob Intelligite insipien
tes in populo: et stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem nõ audiet: aut
qui finxit oculum nõ considerat Qui
corripit gentes nõ arguet: qui docet ho
minem scientiam Dñs scit cogitationes
hominum: quõ uane sunt Beatus ho
mo quem tu erudieris dñe: et de lege
tua docueris eum Vt mitiges ei a diebꝫ
malis: donec fodeatur peccatori fouea.
Quia nõ repellit dñs plebem suam: et
hereditatem suam nõ derelinquet Quo
adusq; iustitia conuertatur in iudiciu:
et qui iuxta illam omnes qui recto sũt
corde Quis consurget michi aduersus

malignantes: aut quis stabit mecum adu
sus opantes iniquitatem Nisi quia dñs
adiuuit me: paulominus habitasset in
inferno anima mea Si dicebam mot
est pes meus: misericordia tua dñe adiuua
bat me Secundum multitudinē dolo
meorum in corde meo: consolationes tue
letificauerūt animā meam Numquid
adhesit tibi sedes iniquitatis: qui fingis
laborem in p̄cepto Captabant in animā
iusti: et sanguinem innocentem cōdemp
nabunt Et factus est michi dñs in re
fugium: et ds meus in adiutorium spei
mee Et reddet illis iniquitatem ip̄oꝝ:
et in malicia eorum disperdet eos· disperdet
illos dominus deus noster.

Venite exultemus dño: iubilemus
deo saluatori nr̄o Preoccupemus fa
ciem eius in confessione: et in psalmis
iubilemus ei Quō deus magnus dñs: et
rex magnus sup omnes deos Quia in

manu eius omnes fines terre: et altitudi
nes montium ipsius sunt Quō ipsius est
mare et ipse fecit illud: et siccam manus eī
formauerunt Venite adoremus et procī
damus et ploremus ante dñm qui fecit nos
quia ipse est dñs deus noster Et nos po
pulus pascue eius et oues manus eius·
Hodie si uocem eius audieritis: nolite ob
durare corda uestra Sicut in irritatione
secundum diem temptationis in deserto:
Vbi temptauerūt me patres uestri: proba
uerunt et uiderunt opera mea Quadra
ginta annis offensus fui·generationi illi:
et dixi semp errant corde Et isti nō cog
nouerunt uias meas: ut iurauī in ira mea:
si introibunt in requiem meam·

Cantate domino canticum nouum:
cantate dño omnis terra Canta
te dño et benedicite nomini eius:
Annunciate de die in diem salutare eī·
Annunciate inter gentes glām eius: in

omnib⁹ populis mirabilia eius Quoni
am magnus dñs et laudabilis nimis: ter
ribilis est sup omnes deos Quo omnes
dij gentium demonia: dñs aut celos fe
cit Confessio et pulchritudo in conspectu
eius: sanctimonia et magnificentia in sanctu
ficatione eius Afferte dño patrie gentiu
afferte dño gloriam et honorem: afferte do
mino glam nomini eius Tollite hostias
et introite in atria eius: adorate dnm in
aula scō eius Commoueatur a facie ei
uniuersa terra: dicite in gentib⁹ quia dñs
regnauit Etenim correxit orbem terre qui
non commouebitur: iudicabit populos in
equitate Letentur celi et exultet terra: co
moueatur mare et plenitudo eius: gaude
bunt campi et omnia que in eis sunt Tūc
exultabunt omnia ligna siluarum: a fa
cie dñi quia uenit: quoniā uenit iudi
care terram Iudicabit orbem terre in
equitate: et populos in ueritate sua.

Dominus regnauit exultet terra: le
tentur insule multe Nubes et calī
go in circuitu eius: iustitia et iudiciū
correctio sedis eius Ignis ante ipsum prece
det: et inflammabit in circuitu inimicos eī.
Illuxerunt fulgura eius orbi terre: uidit et
commota est terra Montes sicut cera a facie
dñī: a facie dñī omnis terra Annunciaue
runt celi iusticiam eius: et uiderunt omnes
populi gloriam eius Confundantur om
nes qui adorant sculptilia: et qui gloriā
tur in simulachris suis Adorate eum om
nes angeli eius: audiuit et letata est syon.
Et exultauerunt filie iude: propter iudi
cia tua dñe Quīo tu dñs altissimus sup
omnem terram: nimis exaltatus es sup om
nes deos Qui diligitis dñm odite malū:
custodit dñs animas sanctorum suorum: de
manu peccatoris liberabit eos Lux orta ē
iusto: et rectis corde letitia Letamini iusti in
dño: et cōfitemini memorie sanctificationis eī.

Ancate dño
canticum no
uum: quia
mirabilia fe
cit. Saluauit
sibi dextera ei⁹
et brachium
scm eius No
tum fecit dns
salutare suū:
in conspectu gentium reuelauit iustitiam
suam Recordatus est misericordie sue: et ueri
tatis sue domui isrl' Viderunt omnes ter
mini terre: salutare dei nr̄i Iubilate dño
omnis terra: cantate et exultate et psallite
Psallite dño in cythara et uoce psalmi: in
tubis ductilibz et uoce tube cornee Iubi
late in conspectu regis dn̄i: moueatur ma
re et plenitudo eius: orbis terrarū et qui
habitant in eo Flumina plaudent ma

nu simul: montes exultabunt a conspectu
dñi: qm uenit iudicare terram Iudicabit
orbem terrarum in iustitia: et populos in
Dominus regnauit equitate
nascantur populi: qui sedes super
cherubin moueatur terra Omin
inspyon magnus: et excelsus sup omnes
populos Confiteantur nomini tuo mag
no: qm terribile et scm est: et honor regis
iudicium diligit Tu parasti directiones:
iudicium et iustitiam in iacob tu fecisti.
Exaltate dnm deum nrm: et adorate scа
bellum pedum eius qm scm est Moyses
et aaron in sacerdotibz eius: et samuel in
ter eos qui inuocant nomen eius Inuo
bant dnm et ipse exaudiebat eos: et in
columpna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: et p̄cep
tum quod dedit illis Oñe ds nr tu exau
diebas eos: deus tu ppicius fuisti eis: et
ulciscens in omnes adinuentiones eoz.

Exaltate dñm deum nr̄m: et adorate in
monte scō eius: qm̄ scs dominus ds noster.
Jubilate deo omnis terra: seruite dño
in leticia Introite in conspectu eius: in
exultatione Scitote qm̄ dñs ipse est ds:
ipse fecit nos et nō ipsi nos Populus ei⁹
et oues pascue eius: introite portas ei⁹
in confessione: atria eius in ymnis confite
mini illi Laudate nomen eius qm̄ suā
uis est dñs: in eternum misericordia eius: et
usq; in generationem et generationē ueritas
eius. Misericordiam et iudicū Psalmum: cantabo tibi dñe Psallam
et intelligam in uia immaculata:
quando uenies ad me Perambulabam
in innocentia cordis mei: in medio domus
mee Non apponebam ante oculos meos
rem iniustam: facientes p̄uaricationes o
dium Non adhesit michi cor prauum:
declinantem a me malignum nō cognos
cebam Detrahentem secreto proximo

suo: hunc ꝑsequebar Superbo oculo et in
satiabili corde: cum hoc nō edebam Oculi
mei ad fideles terre ut sedeant mecum:
ambulans in uia immaculata: hic michi
ministrabat Non habitabit in medio
domus mee qui facit superbiam: qui lo
quitur iniqua: nō direxit in conspectu
oculorū meorꝫ In matutino interficie
bam omnes peccatores terre: ut disperdere
de ciuitate dñi: omnes operantes iniquita

Psalm
Omine exaudi
orationē meā:
et clamor mꝰ
ad te ueniat.
Non auertas
faciem tuam a
me: in quacūq;
die tribulor in
clina ad me aurem tuam In quacūq;
die inuocauero te: uolociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei:
et ossa mea sicut cremium aruerunt Per
cussus sum ut fenum et aruit cor meum:
quia oblitus sum comedere panem me
um A uoce gemitus mei: adhesit os meū
carni mee S imilis factus sum pellicano
solitudinis: factus sum sicut nocticorax
in domicilio U igilauī: et factus sum si
cut passer solitarius in tecto T ota die ex
probrabant michi inimici mei: et qui lau
dabant me adūsum me iurabant Quia
cinerem tamquam panem manducabā:
et poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire tue et indignationis tue: quia ele
uans allisisti me D ies mei sicut umbra
declinauerūt: et ego sicut fenum aru-
T u autē dñe in eternum p manes: et me
moriale tuum in generatione et genera
tionem T u exurgens misereberis syon
quia tempus miserendi eius: quia ue
nit tempus Q uō placuerūt seruis tuis

lapides eius: et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum dñe:
et omnes reges terre gloriam tuā Quia
edificauit dñs syon: et uidebitur in gla
sua Respexit in orationem humilium: et
no sprevit precem eorum Scribantur hec
in generatione altera: et populus qui creā
bitur laudabit dñm Quia prospexit de
excelso scō suo: dñs de celo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorū: ut sol
ueret filios interemptorum Et annun
cient in syon nomen dñi: et laudem eius
in hierlm In conueniendo populos in
unum: et reges ut seruiant dño Respon
dit ei in uia uirtutis sue: paucitatē dierū
meorum nuncia mihi ne reuoces me
in dimidio dierum meorū: in generatione
et generationem anni tui In initio tu do
mine terram fundasti: et opa manuum
tuarū sūt celi Ipsi pibunt tu autem p
manes: et omnes sicut uestimentū ueter

rascent Et sicut opertorium mutabis eos
et mutabuntur: tu autem idem ipse es: et
anni tui nō deficient Filii seruorū tuorū
habitabunt: et semen eorū in seculū diriget.
Benedic anima mea dño: et P
omnia que intra me sunt nomini
sco eius B enedic anima mea dño:
et noli obliuisci omnes retributiones ei.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:
qui sanat omnes infirmitates tuas Qui
redimit de interitu uitam tuam: qui co
ronat te in misericordia et miserationib Qui
replet in bonis desiderium tuum: renouabitur ut aquile iuuentus tua Faci
ens misericordias dñs: et iudicium omnibus
iniuriam patientibus Notas fecit uias
suas moysi: filiis israhel uoluntates suas.
Miserator et misericors dñs: longanimis
et multum misericors Non imppetuum
irascetur: neq in eternum cōminabitur.
Non secūm peccata nra fecit nobis: neq

ſcdm miqutates nras retribuet nobis.
Quo ſcdm altitudinem celi a terra: cor
roborauit miſcdiam ſup timentes ſe.
Quantum diſtat ortus ab occidente:
longe fecit a nobis miqutates nras.
Quomodo miſeretur pater filioꝝ mi
ſertus eſt dns timentibꝫ ſe: qm ipſe cog
nouit figmentum nrm Recordatus eſt
qm pulus ſumus. homo ſicut fenum:
dies eius tamqua flos agri ſic efflorebit.
Quo ſpiritus ptranſiuit in illo et non
ſubſiſtet: et cognoſcet amplius locum
ſuum Miſericordia autem dni ab eter
no: et uſqꝫ in eternum ſup timentes eū.
Et uſtitia illius in filios filioꝝ: hijs
qui ſeruant teſtamentum eius Et me
mores ſunt mandatoꝝ ipſius: ad fa
ciendum ea Dominus in celo paraut
ſedem ſuam: et regnum ipſius omnib⁹
dominabitur Benedicite dño omnes
angeli eius: potentes uirtute facien

tes uerbum illius: ad audiendam uocem
sermonum eius Benedicite dño omnes
uirtutes eius: ministri eius qui facitis vo
luntatem eius Benedicite dño omnia
opera eius: in omni loco dominationis
eius benedic anima mea domino. ℣.

Benedic anima mea dño: dñe ds
meus magnificatus es uehementer.
Confessionem et decorem induisti:
amictus lumine sicut uestimento Ex
tendens celum sicut pellem: qui tegis
aquis superiora eius Qui ponis nubem
ascensum tuum: qui ambulas sup pen
nas uentorum Qui facis angelos tuos
spiritus: et ministros tuos ignem uren
tem Qui fundasti terram sup stabilita
tem suam: nō inclinabitur in sclm scli.
Abyssus sicut uestimentum amictus ei:
sup montes stabunt aque Ab increpa
tione tua fugient: a uoce tonitrui tui for
midabunt Ascendunt montes et des

cendunt campi: in locum quem fundasti
eis Terminum posuisti quem nō tranſ
gredientur: neqꝫ conuertentur operire
terram Qui emittis fontes in cōuallibꝫ:
inter medium montium pertransibunt
aque Potabunt omnes bestie agri: ex
pectabunt onagri in sitim suam Super ea
uolucres celi habitabunt: de medio petra
rum dabunt uoces Rigans montes de
superioribꝫ suis: de fructu operum tuorū
satiabitur terra Producens fenum ꝫ
mentis: et herbam seruituti hominum·
Vt educas panem de terra: et uinum le
tificet cor hominis Ut exhilaret faciem
in oleo: et panis cor hominis confirmet·
Saturabuntur ligna campi et cedri li
bani quas plantauit: illic passeres ni
dificabunt Herodij domus dux est eoꝝ
montes excelsi cervus: petra refugium
herinacijs Fecit lunam in tempus: sol
cognouit occasum suum Posuisti tene

bras et facta est nox: in ipsa ptransibūt
omnes bestie silue Catuli leonum rugi
entes ut rapiant et querant adeo escam
suam Ortus est sol et congregati sunt:
et in cubilibꝫ suis collocabuntur Exibit
homo ad opus suum: et ad operationem
suam usqꝫ advesperam Quam magnifi
cata sunt opa tua dñe: omnia in sapien
cia fecisti: impleta est terra possessione
tua Hoc mare magnum et spacio sum
mānibꝫ: illic reptilia quorum nō est nu
merus Animalia pusilla cum magnis:
illic naues ptransibunt Draco iste qūe
formasti ad illudendum ei: omnia a te
expectant ut des illis escam in tempore
Dante te illis colligent: aperiente te ma
num tuam omnia implebuntur boni
tate Auertente autem faciem turbabun
tur: auferes spiritum eorum et deficient:
et in pulverem suum reūertentur Emit
te spiritum tuum et creabuntur: et reno

uabis faciem terre Sit gloria dñi in se
culum: letabitur dñs in operibz suis.
Qui respicit terram et facit eam treme
re: qui tangit montes et fumigant Can
tabo dño in uita mea: psallam deo meo
quam diu sum Iocundum sit ei eloqu
ium meum: ego uero delectabor in dño.
Deficiant peccatores a terra: et iniqui ta
liter non sint: benedic anima mea dño.
Confitemini dño et inuocate no
men eius: annunciate inter gen
tes opa eius Cantate ei et psallite
ei: narrate omnia mirabilia eius Lau
damini nomini scō eius: letetur cor que
rentium dñm Querite dñm et confir
mamini: querite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius que fecit:
prodigia et iudicia oris eius Semen
abraham serui eius: filij iacob electi ei.
